



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Sectio V. De Permissione, & præcepto Matrimonii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

328. Matrimonium conditionatum ante implentiam conditionem non inducit vinculum Matrimoniale.

Aliud est, quando consensus datus est sub conditione; nam tunc, ante implentiam conditionis, non habetur effectus Matrimonii, id est, vinculum non est inductum; adeo, ut tunc per solam voluntatem contrahentium, Matrimonium istud conditionatum possit solvi. Verbo ut absolvam: tunc nunquam fuit simpliciter Matrimonium, & ideo non mirum, si fiat, quando conditio ponitur; hic vero supponitur Matrimonium aliquando fuisse, & adhuc esse; jam autem, ut supra dictum est, inter easdem personas nunquam secundò contrahitur, quantumcumque ponatur novus consensus, etiam intentione de novo contrahendi.

329. Alia arg. Adversarium.

Præterea argumentantur Adversarii: Matrimonium infidelium nec est ratum, nec indissolubile, c. Quanto, de Divortii. eò quòd Sacramentum non sit; sed ubi baptizantur fit indissolubile; ergo Sacramentum.

Responsio.

Respondeo: per Baptismum Matrimonii vinculum effici ratum, & omnino indissolubile, si Matrimonium consummatur, vel antea fuerit consummatum (alioquin per ingressum Religionis potest solvi) non quia fiat Sacramentum propriè dictum; sed quia jam cessat ratio illa Fidei, ob quam alias dissolvi potest. Colligo ex d. c. Quanto, ibi: Nam est Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum & ratum existit: quia Sacramentum Fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo dur ante perduret.

C. 7. de Divortii.

330. Quid sit effectus Matrimonium ratum per Baptismum.

Ergo Matrimonium effici ratum per Baptismum, non est idem, quod effici Sacramentum; sed effici indissolubile, ita ut ipsum in conjugibus, illo durante, perduret; nisi beneficio legis, sive ex voluntate Dei dissolvatur, uti dissolvi potest per ingressum Religionis.

Ex quo etiam patet; Pontificem in illo jure, per Sacramentum conjugii, non intelli-

gere contractum Matrimonii, qui solus propriè est Sacramentum novæ legis; nam hic transit & non perdurat; sed vinculum Matrimonii, quod est Sacramentum largè sumptum; & perfectius Sacramentum, quò magis indissolubile est, quia perfectius repræsentat unionem Christi cum Ecclesia. Et de hoc vinculo & Sacramento largè sumpro, intelligendi sunt PP. quando dicunt, ideo Matrimonium fidelium esse Sacramentum, quia habet majorem insolubilitatem.

Ex quo patet responsio ad 3. argumentum Adversariorum: Matrimonium post Baptismum perfectè significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quod est proprium Sacramenti Matrimonii. Respondeo: est proprium Sacramenti Matrimonii largè sumpti pro vinculo Matrimoniali, secus Sacramenti Matrimonii novæ legis; sed proprium hujus Sacramenti est, significare & causare gratiam sanctificantem ex opere operato, quod non competit vinculo Matrimoniali, ut jam non semel dictum est; sed ipsi contractui matrimoniali, per quem inducitur vinculum.

Dicit fortè aliquis: si infideles post Baptismum habent idem vinculum & gravamen, etiam debent juvari eadem gratiâ. Respondeo: etiam in lege naturæ & lege veteri erat idem vinculum & gravamen, nisi quòd licita fuerit Polygamia, & permissus libellus repudiij à Moysè, & tamen nulla gratia sacramentalis; immo tunc ex aliqua parte debebant majus vinculum, cum non posset solvi per ingressum Religionis. Aliis ergo modis, ut supra adhuc dixi, possunt sibi illas gratias procurare. Et aliunde, si sua culpa Baptismum distulerint, sibi debent impetrare, quòd careant illis gratis Sacramentalibus. Et hætenus quidem de essentia contractus, & Sacramenti Matrimonii; sequitur agendum de ejus permissione, & præcepto. Erit itaque

SECTIO V.

DE PERMISSIONE, ET PRÆCEPTO MATRIMONII.

I. Quid sit jus naturale, & quod duplex, ex Pontio.

Observandum est, inquit Basil. Pont. lib. I. de Matr. c. 3. n. 5. jus naturale dici, quod convenit homini, spectatis naturæ principijs secundum se, & ex principijs naturæ rationalis optimâ ratione deducitur, sive spectetur homo secundum se, sive ut vitam socialem agens. Hoc autem jus naturale, ut advertunt plerique juris Interpretes, atque Theologi, duplex est: alterum est justitiæ sive necessitatis, alterum est utilitatis. Justitiæ

quidem vocant, quod non tantum fieri permittit, sed ita jubet, ut oppositum non liceat, velut non furari, non mœchari, reddere depositum. Jus autem utilitatis vocant, quod non quidem jubet, ita ut oppositum peccatum sit, sed liberam facultatem concedit, utendi re aliqua, tamquam utili vel honesta. Hæc ille.

Alii aliis utuntur terminis, & dividunt jus naturale, in jus naturale permissivum, & jus naturale præceptivum. Illud dicitur esse de

jure naturali permissivo tantum, cujus opposito jus naturale non resistit; illud verò de jure naturali præceptivo, cujus opposito jus naturale resistit. Si autem à me quaeritur, de quo jure sit Matrimonium. Respondeo & dico Primò:

CONCLUSIO I.

Jus naturæ permittit Matrimonium, nulli præcipit, nisi quando genus humanum defecerit.

rago, quia de viro sumpta est: Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Scilicet per commixtionem carnalem.

Iterumque post lapsum humanæ naturæ, & post diluuium c. 9. v. 1. Benedixit Deus Noë & filius ejus, & dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Ac deinceps in toto veteri Testamento usus conjugii apud sanctissimos Patriarchas & Prophetas extitit, ac divinis jussionibus commendatus est.

Confimiliter in lege Evangelica Christus Dominus Matrimonium approbavit, Matth. 19. ac Sacramentum instituit, afferens eadem verba Gen. 2. & subinferens: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Ut quid autem Sacramentum instituit, si non fuisset hic contractus, & usus ejus honestus & licitus sive permissus?

Deinde Joannis 2. Christus cum matre sua interfuit nuptiis, factis in Cana Galilææ, casque primo suo miraculo conversionis aque in vinum condecoravit. Immo & mater Jesu sponsum habuit, verumque Matrimonium contraxit, ut suo loco ostendimus, absque tamen usu seu copula carnali, alioquin vi Matrimonii licita.

Quid dicam de Apostolo Paulo? Et ipse 1. Cor. 7. conjugium, ejusque usum, pluribus verbis commendat, dicens n. 1. 2. & 3. Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem, unusquisque uxorem suam habeat, & unaqueque suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat; similiter autem & uxor viro. Et n. 5. ait: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipsum, ne veniet vos satanas propter continentiam vestram. Item n. 28. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Et rursum n. 36. Non peccat, si nubat. Denique n. 38. Igitur & qui Matrimonio jungit virginem suam, bene facit. Quomodo sic aulus fuisset loqui Apostolus, si Matrimonium non fuisset honestum & licitum sive permissum?

Præterea i. Timor. 4. prædicat, quosdam falsam tradituros doctrinam de nuptiis: Spiritus (inquit n. 1.) manifeste docet, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum &c. prohibentes nubere. Et cap. 5. v. 14. ait: Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse &c.

Accedat auctoritas Ecclesiæ, quæ celebrat, & suâ assistentiâ ac benedictione sanctificat nuptias. Item auctoritas SS. PP. & Conciliorum. Unus Patrum pro mille D. August. toto lib. de Nuptiis & concupiscentia. Hæc tantum verba subscribo ex lib. 2. c. 32. in principio: Abstergo ut dicamus, quod nos dicere esse consingit: Illa conjugia, quæ nunc aguntur,

Prima pars, scilicet, Matrimonium esse licitum jure naturæ, docent omnes Catholici, contra quamplures hæreticos; in primis Simonem Magum, Saturninum ejus discipulum, Marcionem, & Tatianum apud Irenæum lib. 1. adversus Hæreses. Deinde contra Manichæos apud August. lib. de Hæref. c. 46. Priscillianistas apud Leonem Papam Epist. 91. aliis 93. Albigenses sive Albanenses apud Antoninum 4. part. tit. 11. c. 7. §. 5. Ex quibus, Simon Magus & Saturninus ita vinculum matrimonii sprevisse ac damnasse videntur, ut concederent vagum & liberum concubitum inter quoscumque viros & feminas, ut habetur ex D. August. eo lib. de Hæref. c. 1. ibi: Docebat autem Simon Magus detestandam turpitudinem indifferenter utendi feminis. Item c. 3. Saturniani à quodam Saturnino, qui turpitudinem simonianam in Syria confirmasse perhibetur. Alii autem in univèrsum omnem concubitum damnasse videntur, occultis & ipsi scortationibus & impudicitis inhiantes, ut colligitur Ex Leone Papa eâ Epist. ibi: Conjugalem copulam detestantes, quia non est illis libertas turpitudinis, ubi & pudor Matrimonii servatur, & spes sobolis. Et Hiero. in. c. 7. Oleæ. ibi: Ceterum secundum Apost. quæ secreta agunt, turpe est dicere.

Certum tamen de fide est, & notum, non solum apud Christi Fideles, verum etiam apud omnes Sectas & Nationes, licitum & conveniens esse Matrimonium; ac proinde licitum esse concubitum inter virum & feminam sub vinculo conjugii; ad hunc quippe concubitum, vinculum istud ordinarum fuit à Deo, ut patet ex Gen. 1. v. 27. & 28. Mascululum & feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et hercule; quomodo multiplicarentur, nisi per concubitum?

Item c. 2. n. 8. Dixit quoque Dominus Deus: Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Et v. 22. 23. & 24. Et edificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem: & adduxit eam ad Adam: dixitque Adam. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ: hæc vocabitur vir,

4. Item ex Matth. 19;

Et Ioan. 2;

5. Præterea ex Apost. 1. Cor. 7;

Et 1. Tim. 4. 1. 2. 3. 4.

6. Probatur etiam ex auctoritate Ecclesiæ, SS. PP. & Conciliorum. S. Aug.



tur, à diabolo inventa: Prorsus ipsæ sunt nuptiæ, quas ab initio Deus instituit &c.

Concil. Gangr.

Ex Concilio profero Gangrense, cujus cap. 1. sic sonat: Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam, desectatur, ac culpabilem estimat, velut quæ in regnum Dei introire non possit; anathema sit. Cap. autem 9. hæc lego: Quicumque virginitatem custodiens, aut continentie studens, velut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit; anathema sit. Similiter loquitur c. 14. Si qua mulier virum proprium relinquens, discedere voluerit, nuptias execrans; anathema sit.

Adjungo Conc. Braca. 1. can. 11. Si quis conjugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt; anathema sit.

Toleta. 1.

Et Conc. Tolet. 1. in Confess. Fidei, ibi: Si quis dixerit vel crediderit, conjugia hominum, quæ secundum legem divinam licet habere, execrabilia esse; anathema sit.

Flor. Trid.

Novissimè autem hanc veritatem satis definierunt Concil. Florent. in Decreto Eug. & Concil. Trident. sess. 24. quando dixerunt, Matrimonium esse verum & propriè dictum Sacramentum, à Christo institutum, ut suo loco vidimus: ut enim supra argumentabar, cur Christus hunc contractum ad rationem Sacramenti elevarisset, si jure naturæ non fuisset honestus & licitus sive permissus?

7. Probatur ultimò ratione naturalis.

Postremò, idem, secundum Aliquos, docet ratio naturalis, desumpta ex necessitate matrimonii ad generationem humanam, adedque ad propagationem & conservationem speciei. Alioquin sanè, extinguendum potius foret genus humanum, utpote quod non nisi illicitè posset propagari: cum tamen propagationem clamet ipsa sexuum differentia, corporumque & instrumentorum differens constitutio in hominibus, uti in ceteris animalibus. Absurdissimum autem foret, hanc propagationem licere in vago concubitu, & non in legitimo contractu. Hæc illi.

8. An sexuum differentia clamet propagationem, ex Aliquo.

Verùm, ut notavimus Sect. 3. Conclus. secundâ, ipsa sexuum differentia non ita clamet propagationem, quin ad alium finem potuisset à Deo institui; adedque ex sola creatione maris & feminæ (inquit Hiquæus in suo Comment. 4. dist. 26. n. 33.) in differentia sexûs, non sequitur eos habuisse facultatem, se commiscendi, aut multiplicandi genus humanum, tanquam ex se; quia licet cognoverint, facultatem naturalem procreationis illis non deesse: tamen non potuerunt naturaliter scire, & absque revelatione, Dei voluntatem in hoc esse, ut vel multiplicarentur homines, vel ut per propagationem ab ipsis multiplicarentur; quia & Deus aliter posset multiplicare, sive per creationem, sive etiam per propagationem ex aliis creatis pri-

mum in differentia sexûs, à quibus ipsum genus propagaretur.

Neque potuerunt scire finem hujus propagationis, nempe cursum divinæ prædeterminationis & electionis; ergo etiam neque medium ad hoc à Deo ordinata, determinatè saltem, neque consequenter genus humanum in ipsi constitutum fuisse; neque modum etiam, per quem propagari debet, & dependenter à sua voluntate & consensu seu per contractum, quia hanc necessitatem propagationis, Deus ut Legiflator inducere potuit, independenter ab ipsorum consensu, quo casu non esset matrimonium in ratione contractûs, sed tantum in ratione officii naturæ ad propagationem.

Tertiò; potuit matrimonium institui contra obligationem viri, ut posset plures uxores habere, sicut dispensatum est cum quibusdam Patriarchis: ergo non potuerunt cognoscere matrimonium, quâ est contractus unum cum uno tantum. Item potuit matrimonium institui per contractum ad tempus, & quamdiu maneret fecunditas in uno vel altero tantum; ergo non potuerunt cognoscere, se ex natura facultatem habere ad matrimonium, ut est vinculum perpetuum; ergo matrimonium, ut est unum cum una sola, & perpetuum vinculum inducit, non est jure naturæ solius, sed divinæ institutionis, à qua est contractus quoad substantiam, licet & modus ejus.

Quartò; plura possunt esse impedimenta matrimonii, ut vorum, consanguinitas, adnitas & ejusmodi. Ergo sequitur, matrimonium non esse juris naturalis strictè sumpti, sed esse autem juris naturalis strictè sumpti, si ex sola natura esset, & non à divina institutione & voluntate; unde sequitur, voluntatem, quam habuerunt primi parentes ad contractum, & quem habent ceteri, supponere institutionem contractûs per divinam voluntatem, quâ non solum differentiam sexûs constituit, sed etiam quâ voluit contractum ad finem propagationis, & legem ipsi statuit & modum.

Hæc autem didicit Adamus per divinam revelationem, ut patet ex dictis, non instituitur naturali; nam & differentia sexûs, quæ est medium remotum, non potuit esse principium cognoscendi medium proximum, constitutum in contractu, neque finem ut potest in effectu per applicationem mediocrum, neque ipsum contractum esse medium, nisi ex Dei ordinatione & voluntate cognita, sicut neque ex eo procreari debuisset prolem: nam differentia hæc potuit à Deo induci ad alium finem diversum, ut de facili constat: quâvis de facto is fuerit primarius finis, qui tamen variis modis haberi posset sine Matrimonio in ratione contractûs indissolubilis, & per-

perpetui, & dependentis à voluntate contrahentium: quia potest esse in voluntate parentum, aut aliorum constitui cum eodem onere. Hucusque Hiquæus.

Pro sententia utique Magistri sui, Doctoris Subtilis, qui, ut vidimus Sect. 3. Concluf. 2. docet, Matrimonium, ut de facto est institutum, non esse juris naturalis strictè dicti, quasi omninò necessarium fuerit ad honestatem rationalis creaturæ, ut sic institueretur; sed tantùm juris naturalis largè sumpti, quia videlicet talis institutio erat maximè consona naturæ rationali, & idè ab initio hominibus à Deo inspirata.

Atque de hoc jure naturali largè sumpto, intelligit hic Auctor can. 6. dist. 1. (desumptum ex Ifidoro lib. 1. Etymologiarum c. 4.) qui sic incipit: *Jus naturale est commune omnium nationum, eò quòd ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, ut viri & feminae conjunctio*, videlicet in Matrimonio (inquit Vasquez hic disp. 1. n. 12.) sumit autem jus Matrimonii pro facultate nubendi seu ducendi uxorem, cùmque dicat, hoc jus non constitutione aliqua haberi, sed instinctu naturæ, apertè excludit etiam liberam Dei institutionem, & pro eodem accipit ipsum Matrimonium, & jus seu facultatem contrahendi illud.

Respondet Hiquæus supra n. 36. Locus Ifidori non loquitur de illa facultate, distincta ab ipso contractu in effectu, sed de ipso contractu; idè que intelligi debet de lege naturali late sumpta, ut loquitur Doctor, cujus institutionem supponit illa facultas, ut dixi; immo universalius facultas ad omnem contractum, supponit ipsum contractum esse legitimum seu firmum aliquà lege: quia potestas inducendi obligationem alteri per contractum, supponit necessariò legem, per quam contractus firmetur, & teneat, verbi gratià legem politicam, si est politicus, aut legem naturalem aut divinam, si ex his teneat; prius ergo contractus debet sui lege fulciri, quam quis fiat habilis, ut mediante contractu acquirere possit jus alterius, quod non acquiritur nisi per contractum, & legem, quã tenet. Sic ergo Matrimonium debuit prius institui in esse contractus, quàm personis accresceret jus, seu facultas contrahendi Matrimonium; hæc autem lex fuit ipsa divina voluntas instituens propagationem hominum fieri non aliter, quàm per talem contractum, determinatum ab ipso Deo & institutum. Hæc ille.

Notat autem Glossa in præfatum can. verb. *Jus naturale*, omne jus divinum dici naturale, & sic indubiè contractus Matrimonii est juris naturalis, & cuilibet jure naturæ seu naturali permissum est & licitum contrahere Matrimonium, nisi aliunde per jus positivum ei idipsum prohibeatur, sicut procul

dubio prohiberi potest; immo in certis circumstantiis, etiam jure naturæ, potest esse Matrimonium illicitum.

Neque hoc negat Vasquez; sed expressis verbis supra affirmat, dicens: Hoc jus naturale permissionis seu facultatis, quod ex se generale omnibus est, non solum in Matrimonio, sed in multis aliis etiam rebus, jure humano impediri potest, ita, ut is, cui jure naturali permissum erat contrahere Matrimonium, aut aliquid aliud facere, jure humano, aut voto impediatur. Ita Vasquez.

Itaque, ut ad secundam partem Concluf. progrediamur, Matrimonium jure naturæ permissum est & licitum ac honestum, dummodo rectè fuerit circumstantionatum, de quibus circumstantiis aliqua diximus ex Scoto, quæ videantur Sect. 3. Concluf. 2. & alia quædam præsentis Sect. examinabimus post explicationem 2. partis hujus Concluf. quæ tractat de præcepto Matrimonii, & docet, nullum esse præceptum naturale Matrimonii, quamdiu speciei humanæ satis consultum est.

Est sententia communis; quam tradit Doct. Subt. 4. dist. 26. q. un. n. 18. *Per hoc patet ad questionem istam applicando; contractus sicut Matrimonii institutus est à Deo ante lapsum, non obligat Gen. 2. Hoc nunc ex ex ossibus meis, & nisi pro tempore Crescite & multiplicamini. Et post lapsum Gen. 9. Crescite & multiplicamini.*

Et est institutus per modum præcepti affirmativi, ita quòd obligat semper: sed non ad semper, sed tempore necessitatis: non tantùm in principio, sed adhuc videtur eodem modo obligare, si paucitas in filiis ex causa aliqua accideret, puta ex bello, peste vel clade & hujusmodi. Et hoc probat, quomodo iste contractus est à Deo, per legem positivam divinam institutus; & etiam aliter est ab ipso, scilicet ut imprime legem naturæ in cordibus hominum, de qua lege naturæ est iste contractus, licet non primò, nec ut necessarium notum, tamen ut secundariò consonum. Ergo, secundùm Scotum, semper duravit illud præceptum à principio usque modò, quoad communitatem hominum aut Reipublicæ, licet de facto cesset quoad singulos in particulari.

Quo sanè sensu commodè intelligitur, quod ait ibidem n. 10. *Sed intelligendum est, quòd aliud est, præcipere contractum illum, & aliud præcipere adhesionem perpetuam, præmissò primò contractu. Primum bene expedit præcipi (scilicet singulis in particulari) pro tempore illo, pro quo esset necessitas propagationis, & maximè, si homines essent difficiles ad hoc sine præcepto: sed pro alio tempore, pro quo non est necessitas, non oportet præcipi (singulis in particulari) & hinc est, quòd Deus post lapsum bis dedit præceptum (singulis in particulari) de contrahendo Gen. 1. & iterum deletis omnibus post diluvium, præter octo animas. Sed præceptum se-*

14. Præceptum naturale Matrimonii non obligat nisi pro tempore necessitatis, ex Scoto

15. Indissolubilitas obligat pro semper, ex eod.

11. Objicitur can. 6. dist. 1.

Vasquez.

12. Explicatur ad Hiquæus.

13. In aliquibus circumstantiis potest esse illicitum Matrimonium, & per

secundum expedit dari pro semper, quia illam indissolubilitatem ostensum est, esse consonam legi naturali in 1. Concluf. & minus servaretur, nisi super hoc esset præceptum divinum, sicut dictum est in 2. art. Ita Scotus.

16. Ex quibus verbis Vasquez supra. n. 28. colligit, quòd Scotus sentiat, hoc præceptum non semper durasse, sed aliquando revocatum fuisse; eò quòd, nisi revocatum fuisset, non fuisset post diluvium iterum renovatum. Et pro eadem sententia citat D. Bonaventuram 4. dist. 26. a. 1. q. 3. quatenus ait, hoc præceptum cessasse, cessante causâ obligationis.

Subscribo verba Doct. Seraphici. *Dicendum, inquit, quòd i. institutio Matrimonii præceptum habuit, sicut dicit Magister, & præceptum illud fuit affirmativum, & fuit juris naturalis. Sed attendendum, quòd jus naturale quædam dicitur simpliciter, quædam secundum tempus. Simpliciter, ut, Deum amandum: secundum tempus, ut, omnia esse communia. Dico ergo, quòd præceptum de usu Matrimonii fuit naturale secundo modo, quia quamdiu pauci erant, dicebatur jus naturale, quòd multiplicanda esset proles ad cultum Dei. Sed cessante isto statu, cessavit præceptum; & ideo institutio secunda tempore legis gratiæ habuit indulgentiam, non præceptum.*

17. Contra hanc autem sententiam, seu potius modum loquendi, arguit Vasquez supra, præcepta naturalia nunquam dicuntur revocari aut cessare, tamen aliquando cesset eorum obligatio, cessante causâ, aut circumstantiâ aliquâ necessariâ: aliud namque est non esse præceptum, aliud autem est in hac aut illa occasione non obligare; nam præceptum correptionis, naturale quidem est, tamen quia non obligat absolute in omni eventu, sed cum quibusdam circumstantiis requisitis, & hæc non semper concurrunt, idè non semper obligat, id quod proprium est præceptorum affirmativorum, ob id tamen nõ dicimus aut præceptum correptionis cessasse, aut revocatum fuisse: nam iudicium illud rationis in universum semper manet, ut existente eâ circumstantiâ præceptum obliget; cessatio autè præcepti, seu revocatio propriè dicitur, permanente etiam circumstantiâ, sub qua alias obligaret, ut constat in revocatione legum humanarum. Adde; quod revocari proprium videtur esse legum, quæ liberâ aliquâ voluntate & constitutione latæ sunt, ut contrariâ revocari dicantur; naturale autem præceptum quodcumque illud sit, cum nullâ liberâ voluntate constet, etiam si diceretur aliqua de causa cessasse, revocari tamen dici non possit. Hæc Vasquez.

18. Sed in primis; ubi Scotus dicit, hoc præceptum non semper durasse, sed aliquando revocatum fuisse? An fortè ibi: *Deus post lapsum bis dedit præceptum?* Sed quis nesciat idem præceptum, etiam non revocatum, bis posse

dari ad maiorem notitiam, & inculcationem? Si Vasquez totam distinctionem 26. legisset, fuisset legere debuisset, clarè deprehendisset, secundum Scotum adhuc extare illud præceptum, non tamen obligare singulos, sed tantum communitatem; ut bene advertit Pontius lib. 1. c. 4. n. 7. ubi plures Alios citat pro illa sententia.

Atque ut Scotus dixisset, fuisse revocatum, quid tum? Etiam Scotus dixit, illud præceptum non esse naturale strictè dictum, sed divinum positivum, ut patet ex dictis, & verbis ejus supra allegatis: sicuti ergo lex illa constat liberâ voluntate Dei, uti præcepta pleraque secundæ tabulæ, ita etiam liberâ voluntate potuit revocari.

Sed relinquamus quæstionem de nomine, quando constat de re. Res autem est, aliquando fuisse obligationem contrahendi Matrimonium, non solum respectu communitatis, sed etiam singulorum hominum; de facto autem nullam esse talem obligationem respectu singulorum hominum, defectu materiz seu circumstantiæ materiz, quæ est necessitas propagandi genus humanum. Hæc parò necessitas indubiè fuit in prima hominum creatione, undè primi illi homines verè obligabantur ad propagationem humani generis per usum conjugii, suppositâ voluntate Dei, quâ decrevit, ut tali modo genus humanum propagaretur. Similiter tempore diluvii, quando non remanserunt, nisi octo anime.

Nec video, quare illa verba: *Crescite & multiplicamini*, respectu eorum non habuerint vim præcepti, quæ alioquin indicant benedictionem fecunditatis, suntque etiam dicta bestiis. Sed ex subiecta materia colligitur differentia; nam bestiz non sunt capaces præcepti propriè dicti, ut constat, sicuti homines erant capaces.

Et aliundè, ut jam non semel dictum est, præceptum conjugii, & usûs conjugii, non erat strictè naturale; ut etiam videtur significare Pontius lib. 1. c. 4. n. 2. dicens: *Mihi videtur verius, præceptum istud ortum habuisse se ex jure naturali.* Sic videtur indicare Scotus q. un. dist. 26. ante probationem 2. Concluf. & §. *Per hoc patet.* Palud. in 4. dist. 26. q. 3. a. 1. Viguerius in *Instit. Theolog. c. 16. §. 7. versic. 1.* & Grabr. Vasquez *disput. 1. de Matr. c. 3. Pet. Ledefina q. 4. a. 2. circa §. principale Concluf. 1. & 2. Quod præceptum, licet non ita clarè & perspicuè deducatur, sicut alia, deducitur tamen evidenter. Cum enim natura constituerit diversum sexum, & propagari non possit vago concubitu, ex ipsa natura videtur oriri obligatio ad hanc propagationem, ne frustra ejusmodi institutio esse videatur. Corruptibilitas etiam ipsa naturæ humanæ suadere videtur, propagatione opus esse,*

esse, ne in duobus hominibus creatum à Deo genus humanum extingueretur: idè illis concessa propagandi potentia, quæ Angelis, incorruptibilis naturæ, negata est. Hæc ille

Quæ profectò nihil aliud probant, quam præceptum illud fuisse valde consonum principiis naturalibus, quàmvis non evidenter necessarium. Nisi ergo accessisset absoluta voluntas Dei, inspirata ab initio primis parentibus, & postea per ista verba explicata, non fuisset completa obligatio ad illum contractum.

21. Sed dicit aliquis: antequam Deus protulit illa verba, jam Matrimonium erat celebratum; igitur per illa verba non præcepit illis, ut Matrimonium contraherent, quod jam contractum erat, sed impertivit illis benedictionem, ut copiosam sobolem procrearent, ad multiplicandum genus humanum, quod tunc valde exiguum erat. Hoc constat ex ipso textu. Nam primò certum est, Noë & filios ejus, antequam arcam ingrederentur, habuisse suas uxores, Gen. 7. v. 7. *Ingressus est Noë, & filii ejus, & uxores filiorum ejus cum eo in arcam, propter aquas diluvii.* Secundò; certum est, eundem Noë, & filios ejus cum suis uxoribus, peracto diluvio egressos esse ex arca, Gen. 8. v. 18. *Egressus est ergo Noë, & filii ejus, uxor illius, & uxores filiorum ejus cum eo.* Tertiò; certum est, postquam cum suis uxoribus egressi sunt ex arca, tunc illis dictum esse à Deo: *Crescite, & multiplicamini.* Hoc enim disertè habet historia. Undè evidenter sequitur, his verbis non contineri præceptum de Matrimonio ineundo, quia Matrimonium jam initum erat; sed benedictionem in propaganda posteritate. Et hoc significat textus cùm ait: *Benedixitque Deus Noë, & filiis ejus, & dixit ad eos, Crescite, & multiplicamini, & replete terram.*

22. Idem dico de primis parentibus. Nam Matrimonium inter illos statim contractum est, quando Deus ex costa Adæ dormientis formavit Evam: *Hoc nunc os ex ossibus meis &c.* Quibus verbis tria indicat. 1. Evam esse uxorem suam. 2. majus esse vinculum inter virum & uxorem, quàm inter parentes & filios. 3. hanc conjunctionem conjugalem, quæ tunc inter ipsum & Evam facta est, fuisse figuram conjunctionis Christi cum Ecclesia. Sic enim verba Adami interpretatur Apostolus ad Eph. 5. v. 32. cùm ait: *Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Igitur quod postea dictum est primis parentibus: *Crescite, & multiplicamini,* non continet præceptum de Matrimonio contrahendo; sed solemnem benedictionem in propagando humano genere. Ita argumentatur Becanus in Anal. V. & N. Testam. c. 2. 1. q. 1. n. 3. & 4.

Respondeo 1. incertum esse, quando Adam contraxerit Matrimonium, an per ista verba: *Hoc nunc os ex ossibus meis &c.* antequam Deus benedixerit eis, dicens: *Crescite & multiplicamini &c.* an verò per alia verba post illam benedictionem præceptivam. Atque ut antea contraxissent, sicut certum est, Noë, & filios ejus, contraxisse Matrimonium, antequam Deus eis benedixit per similia verba; quid tum? Nam illa benedictio, & præceptum, non tantùm concernebant Adamum & Evam, Noë & filios ejus, sed etiam posteros eorum; non enim per Adamum & Evam solum, aut per Noë, & solos filios ejus, poterat repleri terra, sed insuper per eorum posteros; & idè benè dicitur istis verbis datum fuisse præceptum contrahendi Matrimonium, & utendi Matrimonio; non ita Adamo & Evæ, Noë & filiis ejus, qui jam contraxerant Matrimonium; sed magis posteris eorum, qui in ipsis continebantur, & sine quorum Matrimonio non poterat satis multiplicari genus humanum. Non quòd singuli, sive in lege naturæ, sive in lege veteri, fuerint obligati; sed hoc præceptum tantùm obligabat ipsam communitatem hominum generatim; homines autem in particulari, non nisi in defectum aliorum.

24. Simile est (inquit Becanus supra num. 2.) de agricultura. Nam præceptum naturale est, colere agros ad conservandam vitam humanam, non minùs, quàm procreare prolem; & tamen præceptum illud non obligat singulos, alioquin singuli deberent agros colere, quod est contra communem hominum sensum ac consuetudinem. Hæc ille.

Equidem in lege veteri cœlibes fuere Melchisedech, Josue, Elias, Helisæus, Jeremias, Joannes Baptista, ut testatur Ignatius in Epist. ad Philadelphos. Et in lege naturæ Abel frater Cain, ut tradunt Hieronymus, Basilius, Ambrosius & Alii apud Cornelium in cap. 14. Gen. v. 2. Vide Genebrardum in Chronologia.

25. Sed ad exemplum Abelis, Respondet Doctor Seraph. supra: *Quòd illud erat præceptum affirmativum; & idè non obligabat ad semper, sed pro loco & tempore, & idè non peccavit, quia nondum seminavit.* Undè videtur Bonavent. fuisse in illa sententia, quòd in principio mundi singuli fuerint obligati, scilicet pro tempore, quo erant apti ad seminandum. Quidquid sit de hoc, saltem progressu temporis, quando jam aliquàlter erat genus humanum multiplicatum, & satis multi erant, qui generationi operam dabant, non videtur hoc præceptum reliquos in particulari obligasse. Quando autem hoc fuerit, non potest certò determinari, ut notat Averfa hic q. 1. sect. 2. §. Averfa. Tertiò.

23. Incertum est quando Adam contraxerit Matr.

24. Præceptum Matr. non obligasse singulos, probatur à simili, ex Becano. & exemplis veteris legis.

25. Resp. D. Bonavent. ad exemplum Abel.

26. *Certum est, hodie non obligare, ex Matt. 19.*

Hoc certum est, nullum jam esse tale debitu & præceptum, obligans omnes & singulos ad contrahendum Matrimonium. Vide Disp. 8. Sect. 5. Concluf. 4. & citius omne dubium evanescet. Nonne Christus Matth. 19. præfert coelibatum Matrimonio, quando discipulis dicentibus: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* v. 10. statim subiunxit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipfos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere capiat?*

& Apost. 1. Cor. 7.

Accedat Apost. 1. Cor. 7. v. 7. *Volo enim vos omnes esse, sicut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic. Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Et rursus v. 25. De Virginitate autem præceptum Domini non habeo; consilium autem do tamquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Tandemque concludit v. 38. *Agitur & qui Matrimonio jungit virginitatem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit.* Et vero quomodo melius, & non potius peccaret, si adhuc Matrimonium singulis foret præceptum?*

Sanè nec apud Gentiles & barbaras nationes talis persuasio extabat, ut singuli putarent se adstrictas & obligatas esse ad conjugalem vitam. Quin immò apud illas quoque, cum laude & veneratione suspiciebantur virgines, coelibem vitam profitentes. Et apud Romanos gravissimo supplicio plebæbantur illæ, quæ dicebantur Vestales virgines, si à virginitatis proposito decedissent.

27. *Occurritur objectioni. Deuter. 7.*

Scio scriptum esse Deuter. 7. v. 14. *Non erit apud te sterilis utriusque sexus.* Sed quis sit sensus horum verborum constat ex textu, qui sic habet: *Si postquam audieris hæc iudicia, & custodieris ea, & feceris, custodiet & Dominus Deus pactum tibi, & misericordiam, quam juravit Patribus tuis, & diliget te & multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemia, oleo, & armentis gregibus ovium tuarum super terram, pro qua juravit Patribus tuis, ut daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus (scilicet, qui conjugati fuerint) quam in gregibus tuis. In quibus verbis nullatenus præcipitur Matrimonium, ut liquidò constat, sed tantum promittitur benedictio temporalis, tam in procreatione liberorum, quam in aliis rebus.*

28. *Alia obiectio solvitur.*

Nec obstat, ignominiosum fuisse apud Hebræos, non habere prolem. Nam hæc ignominia non proveniebat ex virginitate

vel coelibatu, sed ex sterilitate Matrimonii. Cum enim Deus promississet iis, qui in Matrimonio vivebant, benedictionem & fecunditatem sub hac conditione. *Si custodierint legem Dei;* suspicio erat, illos puniri à Deo, qui non habebant prolem, tanquam legis transgressores, quæ erat magna ignominia. Quamquam etiam aliquæ feminae in veteri Testamento longo tempore steriles fuerint sine sua culpa, ut Sara uxor Abraham, Rebecca uxor Isaac, Rachel uxor Jacob, Anna uxor Elcanæ, Sara filia Raguelis, Elisabetha uxor Zachariæ, & alia: plures, ut Deus novo miraculo ostenderet, filios, qui ex illis nascerentur, non naturæ viribus, sed Dei beneficio natos esse.

Et quamquam supradictæ feminae coram Deo non fuerint passæ opprobrium aut ignominiam, quia Deus sciebat sanctas esse, tamen passæ sunt coram hominibus, qui putabant eas à Deo puniri per sterilitatem: Hæc sensu dixit Rachel, postquam peperisset Gen. 30. v. 23. *Abtulit Deus opprobrium meum.* Et Sara filia Raguelis, post longam sterilitatem oravit Deum, dicens: *Peto Domine, ut de vinculo improperii huius absolvas me, aut certe desuper terrâ eripias me.* Tob. 3. v. 13. Et Elisabeth ablata sterilitate, cum jam concepisset in utero, occultabat se mensibus quinque, dicens: *Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Luc. 1. v. 24.

Itaque etiam in veteri lege jam cessarent præceptum naturale contrahendi Matrimonium, id est amplius non obligabat singulos in particulari, defectu scilicet conditionis, puta necessitatis propagandi genus humanum; quia satis multi erant, qui sponte vel generationi operam dabant, tamen alijs ex devotione, vel ob aliam causam, nullatenus generare.

Et ita teste Josepho lib. 18. Antiquitatum cap. 2. & lib. 2. de Bello Judaico cap. 7. Esseni non ducebant uxores. Ipla quoque Deipara continentiam voverat, ut supra locuti sumus explicavimus; commendatam atque & laudatam Isaia 56. v. 3. 4. & 5. *Et non dicitur Dominus Eunuchis: Qui custodierint Sabbatum meum, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen meum dabo eis, & nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Item Sap. 3. v. 13. & 14. *Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis: & coinquinata, quæ nescit thorum in delictis habebit fructum in respectione animarum sanctarum: & spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum nequissima: dabitur enim illi Fides domini electum, & fors in templo Dei acceptissima.*

Cæterum, ut revertamur ad illa verba: Crescite, & multiplicamini; cum D. August. lib. 14. de Civit. c. 12. Nullo modo dubitamus, secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari, & replere terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculum & feminam: qui sexus evidens ubique in carne est. Huic quippe operi Dei etiam benedictio subjuncta est. Nam cum Scriptura dixisset: Masculum & feminam fecit eos, continuo subdidit: Et benedixit eis Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replere terram, & dominamini ejus & cætera. Ita August. & nos cum illo. Ergo ex Aug. sententia (infern. Pontius lib. 1. c. 3. n. 8.) nuptias jam celebratas sequitur benedictio.

Respondeo Neg. Conseq. sed ex August. sententia, institutionem Matrimonii sequitur benedictio; nam, ut patet ex verbis mox allegatis, Deus instituit Matrimonium creando masculum & feminam, & huic operi Dei, scilicet creationi masculi & femine, subiuncta est benedictio; neque nuda benedictio, sed benedictio præceptiva; ut sic loquar, id est, benedictio, quæ simul esset præceptum contrahendi, & generandi prolem.

Nec dixeris: Deus etiam dixit hominibus: Dominamini piscibus maris, quibus tamen verbis non subest præceptum, sed tantum conceditur jus capiendi animalia; disparitas quippe colligitur ex materia subiecta, maximè accedente Scholasticorum consensu, quorum nullus hæc verba intellexit esse præceptiva: siquidem dominium non sonat, nisi jus aliquod in rem, liberè de ea disponendi, nisi lege prohibeatur in casu aliquo particulari disponere.

Neque tale præceptum consonum erat naturis rerum; sufficiebat namque præceptum seipsum conservandi, sive piscibus, sive avibus, sive comestione aliarum rerum. Undè abundè satis erat, quòd homini daretur jus animalia capiendi, quibus posset vitam suam sustentare. Secus accidit in casu proposito, cum solo illo medio, scilicet usu Matrimonii, posset conservari, secundum præsentem Dei ordinationem, genus humanum. Ergo sicuti unusquisque tenetur se cibare, ad sustentandam suam singularem personam, & succurrere etiam alteri, extremè indigenti, ne pereat; ita primi illi homines tenebantur conservare humanam speciem, & succurrere toti humanæ speciei, quæ utique erat in hac extrema indigentia, dum eo unico medio poterat conservari & propagari.

Et quoniam illa indigentia, non erat evidenter necessariò cognita ex solis principiis naturalibus, sed neque illud unicum medium, ut patet ex alibi dictis; ideo conveniens omninò erat, & consonum naturis rerum, ut de tali medio daretur à Deo præcep-

tum, sive per internam illuminationem, sive etiam per signa externa. Ergo potior est ratio dicendi, illa verba: Crescite, & multiplicamini, continere præceptum, quam ista: Dominamini piscibus; maximè, sicut dixi, accedente Scholasticorum consensu, quorum plurimi in illis verbis: Crescite, & multiplicamini, agnoscunt præceptum.

Scotum suprà audivisti: nunc audite Doctorem Angelicum 2. 2. q. 152. a. 2. ubi respondens ad primum argumentum, quo probatur, illicitam esse virginitatem; quia est contra illud Dei præceptum, Crescite, & multiplicamini, in hæc sententiam scribit: Præceptum habet rationem debiti: dupliciter autem aliquid est debitum, uno modo, ut impleatur ab uno, & hoc debitum sine peccato præteriri non potest: aliud autem est debitum implendum à multitudine. Et ad tale debitum implendum, non tenetur quilibet; multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda unus non sufficit; sed impletur à multitudine, dum unus hoc, alius illud facit. Præceptum igitur legis naturæ homini datum de comestione, (quod tangitur Gen. 2. v. 16. Ex omni ligno Paradisi comede) necesse est, quòd ab unoquoque impleatur. Aliter enim individuum conservari non posset. Sed præceptum datum de generatione (quod ponitur Gen. 1. Crescite, & multiplicamini) respicit totam multitudinem hominum, cui necessarium est, non solum quòd multiplicetur corporaliter, sed etiam quòd spiritualiter proficiat. Et ideo sufficenter providetur humanæ multitudini, si quidam carnali generationi operam dæ; quidam verò ab hac abstinentes, contemplationi divinorum vacent, ad totius humani generis pulchritudinem & salutem. Sicuti etiam in exercitu quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladius decertant: quæ tamen omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt. Ita D. Tho. explicat hoc præceptum. Explicationem Doctoris Seraphici, & Doctoris Subtilis, habes suprà.

Tantum adjungo verba Mag. 4. dist. 26. qui & ipse agnovit præceptum in illis verbis: Crescite, & multiplicamini. Sic ait §. Prima institutio: Et potest sanè intelligi illud sub præcepto dictum hominibus primis ante peccatum; Crescite, & multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebantur, usquequo est facta multiplicatio, postquam secundum indulgentiam Matrimonii contractus fuit. Ita etiam post diluvium, quo universum penè humanum genus deletum est, secundum præceptum dictum est filiis Noè: Crescite, & multiplicamini. Multiplicato verò homine, secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium, id est, permissum fuit contrahere Matrimonium, non præceptum, scilicet pro tempore sufficientis multiplicationis.

Et hoc est, quod dicit Scotus hæc dist. nu. 18. Obligat (hoc præceptum) semper sed non ad semper, sed tempore necessitatis; nam cessante cessat lex.

32. Quomodo D. Tho. explicat præceptum contrahendi Matrimonium.

Gen. 2.

Gen. 1.

33. Explicatio Mag. Sent.

34. Cessante adæquati à causis ad legem cessat lex.



*Cessante
adæquatâ
causâ legis,
cessat lex.*

adæquatâ, five omni causâ legis, cesser ipsa
lex; porro necessitas multiplicationis speciei
humanæ, est totalis & adæquata causa hujus
præcepti, propter ista cessante, cessat hoc præ-
ceptum. Quod in multis aliis juribus natura-
libus latè dictis quotidie cernitur, ut in red-
ditione depositi, restitutione, correctione fra-
terna & similibus. Et idè jam in consilio est
virginitas, tamquam majus bonum, cum in
principio mundi esset prohibita.

Cyprianus.

Audite Cyprianum tract. 2. de Habitu
Virginum: *Prima, inquit, Dei sententia cres-
cere & generare præcepit: secunda continentiam
suasit. Cum adhuc rudis mundus & inanis est,
copiâ fecunditatis generante propagamur &
crescimus ad humani generis augmentum. Cum
jam refertus est orbis, & mundus impletus, qui
capere continentiam possunt, spatorum modo vi-
ventes, castrantur ad regnum.* Sed hi pauci
sunt respectu conjugatorum. Quod probè in-
telligens D. Hieronymus in hunc modum
respondet Joviniano: *Dices, si omnes virgines
fuerint, quomodo subsistet mundus? Noli metue-
re, ne omnes virgines fiant, difficilis res est vir-
ginitas, & idè rara.*

Hierony-
mus.

35.
*Quid si per
accidens ac-
cideret pau-
citas filio-
rum, ex Sco-
to & Aver-
sa.*

Interim, *Si paucitas* (ut bene notat Scotus
suprà) *in filiis ex aliqua causa accideret, puta
ex bello, peste vel clade & hujusmodi, rursus obli-
garet hoc præceptum.* Quandocumque, (inquit
Aversa hic q. 1. sect. 2. §. *Quintò similiter*)
per hypothesein occurreret talis casus, quòd
soli aliqui remanerent, per quos posset huma-
num genus propagari, vel viderent, alios nol-
le procreationi filiorum incumbere, tene-
rentur ipsi naturali jure copulari, & uti con-
jugio ad progignendos filios. Patet; quia tunc
rediret eadem necessitas, & urgeret eadem ra-
tio indigentiae. Sic quidem obligabantur filii
Noè, qui soli remanserant ex diluvio: quibus
& denuò Deus intimavit: *Crescite, & multi-
plicamini.*

Ac etiam si existerent quidem quamplures
homines super terram, qui tamen nollent suâ
sponte vacare conjugio, tenerentur illi, qui id
adverterent, conjugari, & per successivam
filiorum generationem humanum genus con-
servare. Et quàmvis alii, qui nollent, in hac
sua omissione aut obstinatione delinquerent,
adhuc ii, qui id adverterent, obligarentur.
Ubi res est similis cum obligatione succurren-
di proximo, extremè indigenti; quando enim
quis vider alios paratos ad succurrendum, po-
test excusari: sed si advertat non esse alios, qui
velint succurrere, quàmvis in hoc peccarent,
tenetur ipse supplere. Unde posset etiam
Princeps five Communitas in illo casu cogere
aliquos, ad vacandum conjugio. Hæc ille.

36.
*Sententia
Comin k mul-
tum inquam
præciè jure*

Sed displicent Coninck de Sacram. disp. 25.
n. 6. ubi docet, nullum unquam præcisè ju-
re naturæ fuisse obligatum ad Matrimo-
nium: Quia, inquit, cum jus naturæ sit im-

mutabile, ac idem erga omnes, si aliquando
aliquos obligasset, obligaret omnes; quod fal-
sum est, cum laudabilius sit servare virgini-
tatem: idque non solum propter legem E-
vangelicam, & consilium Christi; sed per se
loquendo ex natura rei, maximè, spectato fi-
ne, ad quem homo creatus est, ut nimirum
se totum divino servitio tradat, ad quod vita
cœlebs ex natura sua multò est aptior, ut do-
cet Apostolus 1. ad Corinth. 7.

Deindè objicit sibi ipsi; initio fuisse gene-
rationem Adami necessariam ad propagatio-
nem generis humani: nunc autem, multipli-
catis hominibus, nullius in particulari esse
necessariam; sed tantum aliquorum in con-
silio, qui nunquam defuturi sunt. Undè jam
nemo in particulari obligatur ad Matrimo-
nium, sed tantum communitas hominum,
quæ particulares deberet compellere ad Ma-
trimonium, si nulli id spontè inirent.

Sed contra, inquit, primò; quomodo pro-
bas Adamum fuisse obligatum ad propagan-
dum genus humanum, aut jam communita-
tem obligari? Nulla potest afferri ratio, quàm
quòd natura ad hoc inclinet, & idè Deus
dederit ei potentiam generandi: alii non
tenemur omnia facere, ad quæ natura incli-
nat, aliàs jam omnes deberent inire Matrimo-
nium; quia natura singulos ad hoc inclinat,
& Deus dedit ad hoc singulis potentiam ge-
nerandi, non ut per alios, sed per se generent
& ad suam naturam, non autem aliorum, in
specie conservandam. Secundò; si nemo jam
vellet generare, quos tandem communitas
ad hoc cogeret? Non omnes, quia nulla est
ratio, cur id dicatur; neque etiam aliquos,
quia nulla est ratio, cur hos magis cogatur
illos. Tertiò; quia est contra perfectiorem
Evangelicam, quæ omnibus absolute laudè
castitatem. Et Paulus 1. Cor. 7. vult omnes
homines esse sibi similes, five coelibes. Hæc
Coninck.

Qui si tantum intendat, nullum unquam
fuisse obligatum jure naturæ strictè dicto ad
Matrimonium, jungimus dexteram, etiam
sententia Scoti, ut patet ex dictis. Sin autem
plius velit, id est, si velit excludere etiam
naturæ latè dictum, quod est, secundum Sco-
tum, mutabile, non tantum per cessationem
materie, sed etiam per dispersionem, mul-
tatenus ejus doctrinæ acquiescimus; & ad
probationem, Respondemus; non esse lauda-
bilius servare virginitatem, quando aliquis
deficeret genus humanum, quod Deus vult
conservare & propagare per actum conjugia-
lem; quamquam enim vita cœlebs ex natura
sua sit aptior ad cultum divinum, & homo
creatus sit, ut se tradat servitio divino, non
tamen, ut se totum tradat, quando totum se
tradendo, genus humanum deficeret. Ille er-
go non fuit solus & adæquatus finis creationis
homi-

hominis, sed etiam partialis finis fuit propagatio generis humani, ad implendum Sanctorum numerum, quem Deus ab æterno prædestinavit.

Sanè melius est, ut Deus ex parte tantùm colatur à millenis & millenis hominibus, quàm tantùm ab uno ex toto; melius est, ut milleni & milleni homines se totum tradant divino servitio, sicuti de facto contingit, quàm quòd solus Adam & Eva se totum tradidissent servitio divino, abstinendo à copula carnali, quæ illud servitium ex parte impedit. Quàmvis ergo hoc præceptum non sit evidenter necessarium ad honestatem rationalis creaturæ, & idèd non strictè jus naturæ, est tamen valde consonum principiis naturæ rationalis, & idèd à principio à Deo inspiratū.

Non ergo propterea præcisè Adam fuit obligatus ad propagandum genus humanum, aut jam obligatur communitas; quia ad hoc natura inclinè, & idèd Deus dederit ei potentiam generandi; sed quia generatio est necessaria ad propagandum genus humanum, quam propagationem Deus instituit, ad complendum numerum ab æterno electorum. Ex quo patet responsio ad 1. objectionem Coninck.

Ad 2. respondet Aversa sup. haberet Princeps sive communitas arbitrium cogendi, quos vellet. Sicut & in aliis operibus utilibus aut necessariis Reipub. habet potestatem & arbitrium determinandi prout oportet.

Ad 3. facilis est responsio: videlicet perfectionem Evangelicam non absolutè suadere omnibus castitatem, sed solum pro tempore Evangelii, quando jam genus humanum sufficienter est propagatum, & verosimilius manebit propagatum usque ad finem mundi, tametsi plurimi servent castitatem, juxta responsionem Hieronymi supra.

Et hinc Apostolus hortatur omnes ad continentiam, probè sciens, non omnes eum ampleuros, sed illi tantùm, qui specialiter à Deo sunt ordinati ad istud donum, qui pauci sunt in comparatione eorum, qui vacant generationi. Appositè August. lib. de Bono conjug. c. 10. in principio: *Sed novi quosdam, qui murmurant: Quid si, inquiunt, omnes velint ab omni concubitu abstinere: unde subsistet genus humanum? Usinam omnes hoc vellet, dumtaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: multò citius Dei civitas completeretur, ut acceleraretur terminus sæculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum, ubi ait, cum inde loqueretur: Vellem omnes esse sicut me ipsum?*

Quid ergò, dicet aliquis, si contingeret, ut omnes laici periissent, aut certè nollent contrahere Matrimonium, nunquid Religiosi vel Clerici, solemnè castitatis professione astricti, tenerentur vacare conjugio? Sanchez

lib. 2. disp. 3. n. 4. Reginaldus in praxi fori Pœnit. lib. 3. c. 2. n. 8. Villalobos in Sum. tract. 13. diff. 3. num. 1. Diana part. 3. tract. 4. resol. 289. & Alii, quos citat Sanchez supra, affirmant. Probat Sanchez: quia præceptum Matrimonii naturale est, urgenti necessitate obligans, tunc autem maximè utget, nec, seclusà Dei revelatione, finem mundi adesse, constare poterit.

Sed Adversarii, Durandus 4. dist. 25. q. 2. Palud. q. 3. Vasquez supra n. 32. Pet. Ledes. q. 4. de Matr. a. 2. Sylvius hic in Addit. ad 3. p. q. 4. l. a. 2. Concluf. 2. ad 5. Rebell. p. 2. lib. 2. q. 2. n. 7. & Basil. Pont. lib. 1. de Matrim. c. 4. n. 11. existimant, id esse sufficientem revelationem seu signum instantis finis mundi & consummationis sæculi: non nisi enim (inquit Aversa supra §. Si tamen, ubi hos Auctores sequitur) speciali dispositione divinà factum esset, ut omnes laici, qui erant ad generationem liberi, sublati essent (aut nollent generare) & soli remansissent illi, qui voto ligati erant, ne vacarent conjugio; & per hoc Deus satis indicaret, se velle mundi cursum, & hominum successionem claudere, nisi superiori suà providentià aliud revelaret. Hæc ille.

Porrò Dicaillioni hic disp. 2. n. 333, videtur in eo casu (qui nunquam eveniet) distinctione utendum; nempe tunc credendum esse instare finem sæculi, quando ex aliis signis, in Scriptura traditis pro sæculi consummatione, prudenter conjici possit; secus verò, probabiliorè esse alteram sententiam, quia, supposità revelatione signorum, quæ debent præcedere, iis deficientibus non prudenter crederetur, instare finem sæculi. Ita hic Auctor.

Quæris, quid ego sentiam? Respondeo: dubium hoc, quantum ad casum, est speculativum; Providentià namque divina in eo non deficeret. Quantum autem ad moralitatem in hoc versatur, an obligatio voti sit strictior, quàm propagationis urgente necessitate. Et videtur dicendum, præceptum propagationis fortius obligare; quia quantum ad finem Religionis, magis facit propagatio ad cultum Divinum multiplicandum, quàm particularis seu personalis observantia voti; nam hæc spectat bonum particulare, sive propagationem Divini cultus ut in particulari persona perficitur, non verò in communitate, illa verò bonum commune sive propagationem Divini cultus in communitate; nisi enim fieret generatio, observatio illius voti in communitate periret, quia periret communitas; porrò in alio casu solum perit ille cultus in aliqua particulari persona; ergo propagatio Divini cultus in communitate, per multiplicationem ejus, respicit universalius, & consequenter perfectius, finem virtutis seu cultus.

rentur vacare conjugio.

Pars affirmans probatur ex Sanchez.

42. Partem negantem docent Durandus, Paludanus & Alii.

Dicaillio distinguit.

43. Resolutio Auctoris.

Præceptum propagationis fortius obligare probatur.

Jam autem præcepta ejusdem virtutis Divina & naturalia, qualia hæc sunt, quando concurrunt in eadem materia, & opponuntur, tunc illud prævalet, quod magis spectat ad bonum commune, & sublimius attingit finem seu perfectiori modo, quam aliud.

Confirmatur.

Confirmatur; quia si quis in tali necessitate propagationis, voveret castitatem, votum esset nullum; ergo etiam votum ante emissum, non prævisâ necessitate, si necessitas superveniat, cedit præcepto Matrimonii; quia materia definit esse honesta, sive, quia votum non est amplius de re grata promissario.

44. Quid si foret necessarium ad servandam fidem in Reipub. ut aliquis Religiosus duceret uxorem.

Hinc inferitur, inquit Hiquæus in suo Comment. 4. dist. 26. n. 85. in fine, si necessitas Reipublicæ id exigeret, ad servandam pacem & fidem in Reipub. ut filius Regis duceret uxorem, aliâ professus Religionem, eum ad hoc teneri, & ad acceptandam dispensationem voti à Summo Pontifice, & per eum posse obligari, ut Matrimonium & regimen assumeret; non solum ratione scandali, sed ob necessitatem communem conservandæ fidei in regno, quæ ipsius personam exigeret. Hæc ille.

Immo videtur sequi ex præcedenti doctrina, in hoc casu non esse opus dispensatione; quia si quis in tali necessitate profiteretur Religionem, professio esset invalida; quia de re ingrata promissario, sive de re inhonesta; quia supponitur, quod ex vi justitiæ legalis, vel alterius virtutis, v. g. Religionis, teneatur subvenire huic incommodo suæ Reipub. ergo superveniente eadem necessitate, professio per se, absque dispensatione, definit obligare; quia observatio ejus definit esse honesta. Quod an verum sit, relinquo doctioribus judicandū.

45. Existimat Diana cum Sanchez & Reginaldo obligari.

Diana supra sic ait: Notandum verò cum Sanchez & Reginaldo locis citatis, posse etiam nunc occurrere casum, in quo aliquis Religiosus teneretur Matrimonium contrahere, ut quando sequerentur seditiones & bella, nisi Principis filius uxorem duceret, tunc enim sub onere peccati mortalis Matrimonium inire teneretur. Hæc ille.

Suarez.

Hoc autem non esset (inquit Sanchez supra n. 4.) ex vi præcepti Matrimonii, quod tantum ratione multiplicandæ speciei obligat, sed teneretur ratione præcepti evitandæ scandalum. Ubi nulla sit mentio dispensationis. Sine dubio tamen consultius foret, petere dispensationem, quia ut notat Suarez tom. 3. de Relig. lib. 9. c. 2. n. 7. vix potest esse tam certa & clara obligatio contrahendi Matrimonium, ut per se cesset obligatio voti.

46. Alius casus ex Dicastillo.

Alium casum proponit Dicastillo supra n. 334. qui, inquit, non videtur impossibilis; an scilicet, si contingat aliquas personas utriusque sexus in parvo numero deferri in insulam, locumque adeo semotum ab habitatione hominum, ut vix aut ne vix quidem spes afful-

geat, quod possint in aliorum hominum consortium venire, quarum multæ vel pleræque voto sint castitatis adstrictæ, licitum sit in iis connubiis solitudinem tueri, suscepti (que liberis, superstites juvare, ut nati succedant in locum decedentium, ne paulatim miseræ vita decedentes cogantur reliqui omnino soli manere? In quo casu duo quærere possumus. Primò, an liceat non obstante voto? Secundò, an teneantur.

Et quidem (prosequitur n. 335.) quod liceat in eo casu, omnino mihi verum apparet; neque enim promissio, quantumvis Deo facta, & rei tam gravis, censetur obligare pro casu tam raro & difficili, qui si proponeretur, non includeretur in voto, nec videtur excipiens includi; atque hoc quidem ex parte hominis voventis; ex parte autem Dei, etiam prudenter credi potest pro tali casu vel non admittere, vel certè remittere verbum promissionis.

Si verò loquamur de præcepto & obligatione inveniendi Matrimonium, id non facile admiserim, nisi in casu, quo pro illa paucorum hominum communitate ita expediret judicaretur, ut prudenter timendum esset, brevi tempore paucos & insufficientes manus superstitis, qui possint se in vita, humanaque societate tueri, maxime ad conservandam fidem veri Dei, ita ut Majores doceant posteros, & seniores juniores. Unde facile timeatur, nisi se aliquâ multitudine teneantur, posteros omnes in magnas venturas miseras spirituales aut temporales, quibus nec cumque subveniri potest, propagatâ posteritate, ut sibi posteri murus subveniant. Hæc tenus Dicastillo. Et non adeò malè. Certe hæc licentia nubendi aut obligatio, non videtur præcisè ex vi præcepti Matrimonii, ut per se patet, adeòque non est propria huic loco, & idèò supersecedo ulteriori examini, maxime cum & hic casus sit quasi metaphysicus.

Finem imponet Conclusioni resolutio hujus quæstionis: Ad quod præceptum Decalogi reducitur præceptum Matrimonii? Respondet Villalobos in Sum. tract. 13. dist. 3. n. 2. Unos dizen, que al precepto del amor de se mismo, que es preambulo al Decalogo. Otros, que al precepto de no matar: que es como por este precepto, esta el hombre obligado, a focorrerle a si en estrema necesidad, porque no muera; assi tambien esta obligado a conservar el genere humano. Otros dizen, que se reduce al precepto del amor del proximo, que la conservacion de la especie, y la multiplicacion, han de pertenecer al bien del proximo. Esta postera sentencia aprovada por Ledesma q. 44. del Matr. a. 3. y me quadrara mas.

Hæc ille. Quæ sic sonant latinè: Aliqui dicunt, quod ad præceptum amoris proprii, quod est præ-

ambulum ad Decalogum. Alii quod ad præceptum de non occidendo, quia sicuti per hoc præceptum homo obligatur succurrere ei, qui est in extrema necessitate, ne moriatur, ita etiam est obligatus conservare genus humanum. Alii dicunt, quod reducatur ad præceptum amoris proximi, quia conservatio speciei, & ejus multiplicatio, pertinent ad bonum proximi. Istam posteriorem sententiam approbat Ledesma q. 44. de Matr. a. 3. & mihi magis placet. Ita Villalobos, & nos cum illo.

Est Itaque Matrimonium in aliquibus circumstantiis debitum, tum ex præcepto Matrimonii, tum vi alterius præcepti, v. g. ad evitandum scandalum, ad subveniendum aliis incommodis suæ Reipub. &c. ac proinde negari non potest, in eisdem circumstantiis esse licitum & conveniens, immo & laudabile ac bonum, per se loquendo, sicut & usus ejusdem, dummodo adfit prudens moderatio, rectaque intentio.

Nec tunc solum, sed etiam licet Matrimonium, & convenit, immo & laudabile ac bonum est, per se loquendo, quando non est debitum ex aliquo præcepto; sed majoris perfectionis, & meriti foret continentia, eo semper salvo, ut adfit recta intentio. Et si à me quaeritur, quæ sit recta intentio contractus Matrimonialis: Respondeo citius:

CONCLUSIO II.

Licet contrahitur Matrimonium ob procreandam prolem; item ad evitandam propriam incontinentiam; ob vitam socialem; servandum statum; acquirendum divitias, dignitatem, officium; nisi hæc immoderate appetantur. Immo fortè ob moderatam voluptatem ex usu conjugii.

Quod sanis est ad officium, ægrotis est ad remedium.

Item videtur sentire Scotus ead. dist. q. un. n. 19. Sed hic est dubium; quia ex omnibus conclusionibus istis, & ex ista solutione, non habetur, nec ratio contractus Matrimonii, nec obligationis, nec institutio divina respectu ejus, nisi propter principalem finem, scilicet procreare prolem debite educandam: hæc autem institutio dicitur fuisse in officium: sed præter hoc, Matrimonium fuit institutum in remedium, scilicet vitandæ incontinentiæ post lapsum.

Ergo, secundum Scotum, duplex fuit Matrimonii institutio, vel potius duplex fuit finis institutionis Matrimonii; principalis quidem procreare prolem debite educandam; secundarius autem esse remedium vitandæ incontinentiæ post lapsum. Quippe Deus institutor jam prænoverat lapsum Adami & deordinationem concupiscentiæ in ipsa prima rerum institutione; ergo ex tunc voluit, ut Matrimonium deserviret in remedium concupiscentiæ, quando ipsa subesset. Nec aliud probat auctoritas D. Augusti, nam unicâ institutione fieri potuit, ut quod sanis esset ad officium, quamdiu sani permanent, id ægrotis tempore ægri tudinis, infallibiliter secuturæ, foret ad remedium.

Et sanè, quod dictum est Noë, & filiis ejus post diluvium: Crescite, & multiplicamini, nullatenus fuit institutio Matrimonii ad remedium; nam procul dubio ante diluvium deservivit Matrimonium in remedium concupiscentiæ, cum statim post primum peccatum, orta fuerit deordinatio concupiscentiæ. Ergo vel ante diluvium fuit institutum in remedium peccati, vel nunquam; cum nulla sit ratio, quare potius post diluvium, quam ante fuisset institutum. Hinc Scotus non ait: Post diluvium, sed, Post lapsum.

Sufficiat ergo ad præsens propositum, Matrimonium primitus & principaliter institutum fuisse, tanquam officium naturæ, per illud multiplicandæ; deinde, & secundario, tanquam remedium concupiscentiæ; adeoque duplicem habere finem, unum principalem, sive per se à Deo intentum, scilicet procreationem prolis debite educandæ, alterum secundarium, sive per accidens, scilicet remedium concupiscentiæ seu devitationem illiciti motus; nam sicuti concupiscentia seu motus illicitus non est per se intentus à Deo, utpote ortus ex peccato, ad quod Deus se habuit solum permissivè, ita etiam Matrimonium non fuit per se à Deo ordinatum in remedium concupiscentiæ, sed solum per accidens ex prævisione peccati. His duobus finibus Aliqui adjungunt tertium, scilicet vitam socialem sive mutuum obsequium & communicationem operum, de quo vide dicta Sect. 3. Concl. 9.

Porro

51. Idem sentit Scotus.

52. Secunda institutio non fuit post diluvium.

53. Matrimonium duplicem habet finem, procreationem prolis & remedium concupiscentiæ.

Tertius finis, vita socialis.

49. Matrimonium ali-

50. Duplex institutio Matrimonii, una in officio, altera in remedium.

D. Aug.

54.
An sit neces-
se insendere
aliquem ex
his finibus.

Porro certum est, posse contrahi Matrimonium, tametsi nullus horum finium expressè à contrahente intendatur secundum executionem; cum, sicut dictum fuit loco mox citato, valeat, immo liceat Matrimonium sine explicito consensu in copulam aut mutua obsequia; immo & cum opposito intento atque proposito; quia licet aliquando contrahere Matrimonium, cum animo statim ingrediendi Religionem. Interim in radice omnes isti fines necessarii sunt. Nihil enim aliud est Matrimonii vinculum, quam jus quoddam radicale, ratione cuius vir habet dominium in corpus mulieris, & mulier in corpus viri, ita ut, si eo utatur, non peccet contra iustitiam, neque ad alienam accedat contra temperantiam. De hoc ergo Matrimonio hic non queritur, sed de Matrimonio, quod contrahitur in ordine ad copulam, an licetè contrahatur solum ad evitandam propriam incontinentiam, ad vitam socialem, aut alios fines planè extrinsecos, fines, inquam, non operis, sed operantis, in Conclus. enumeratos.

55.
Optimus &
magis pro-
prius finis
est procrea-
tio prolis.

Tob. 6.

Atque in primis, ut à certioribus exordiamur, nemo dubitat optimum & magis proprium finem esse, ut amore filiorum magis, quam libidine conjuges ducantur, exemplo Tobiae & Saræ. Sic quippe monuit Raphael Angelus Tobiam juvenem; Tob. 6. v. 22. *Transactâ autem tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus, ut in semine Abraham benedictionem in filiis consequaris.* Et ipse Tobias c. 8. v. 9. sic ait: *Et nunc Domine tu scis, quia non luxurie causâ accipio sororem meam conjugem, sed solâ posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum.*

Tob. 8.

56.
Est peccatum
contrahere Matr.
propter finem inor-
dinatum.

Certum quoque est, si intendatur finis inordinatus, Matrimonium fore peccatum mortale, vel veniale, juxta qualitatem ipsius finis inordinati, mortale, si finis est mortaliter inordinatus, v. g. ad occidendum, vel furandum; veniale autem, si finis tantum venialiter est inordinatus, v. g. ob vanam gloriam. Et si Matrimonium fuerit Sacramentum, in hoc non solum erit illa malitia, quæ intrinsicè oritur ex tali fine inordinato, sed etiam alia specialis malitia, videlicet irreverentia Sacramenti, dum eo quis abutitur ad finem inordinatum. Erit autem irreverentia illa lethalis, si finis lethalis, venialis, si finis solum venialis, quippe non omnis abusus rei sacræ gravis est, ut patet in eo, qui confitetur propter vanam gloriam, & qui propter eandem communicat, quem non peccare mortaliter, quamvis re sacrâ abutatur, probavimus Disp. 7. Sect. 7. Conclus. 5. & Disput. 4. Sect. 10. Conclus. 9. Videantur ibi dicta, quæ facile ad hoc Sacramentum poterunt applicari, cum

non sit major ratio de uno, quam de alio. Quando autem finis est lethalis, credit Sanchez lib. 2. disp. 29. n. 28. esse triplicem culpam lethalem, unam indignæ Sacramenti receptionis, alteram sacrilegii, ordinando rem sacrâ ad rem lethalius malam obtinendam, & tertiam desiderii consequendi illum malum finem; quia desiderare rem lethalius malam, est culpâ lethalis, distincta à sacrilegio; ordinandi rem sacrâ ad illam obtinendam.

Sed contrâ, dicit aliquis: Matrimonium non tantum est Sacramentum, sed etiam contractus; ut autem quis obtineat rem lethalius malam, non requiritur ordinatio Sacramenti, sed sufficit ordinatio contractus, nam Sacramentum per se solum ordinatur ad sanctificationem suscipiendum; hæc autem per se planè impertinens est ad illum malum finem obtinendum, v. g. ad occidendum aut furandum; ergo fieri potest, ut tantum sit duplex malitia, una indignæ receptionis Sacramenti, altera desiderii consequendi malum finem.

Respondeo: ad abusum rei sacræ non requiritur, quod ipsa, quæ talis, si verè sacrè applicetur usui profano, seu ordinatur ad malum finem obtinendum; sed sufficit, ut res, quæ sacræ est, si sacrè applicatur, taliter applicetur seu ordinetur. Patet in calice consecrato; qui enim eo uteretur in mensa communi, quatenus habetalem formam & figuram, aptam usui profano, nihilominus peccaret peccato sacrilegii; ergo consimiliter licet sufficiat ad obtinendum malum finem, Matrimonium quæ contractus est; equidem cum supponatur cum esse Sacramentum, fit Sacramento illi gravis irreverentia, si ille contractus adhibeatur ad finem lethalius malam obtinendum, quæ est abusus rei sacræ in re gravi.

Præterea, fatentur Omnes, peccatum esse mortale, contrahere Matrimonium cum ordine ad copulam, & positivè nolle generationem prolis; hoc est, velle impedire generationem prolis positivâ actione, vel in debita omissione; quia hoc fit, vel negando debitum, vel procurando abortum, aut illicitam, quæ constant esse peccata mortalia.

Dubitatur autem inter Doctores Catholicos, an liceat contrahere Matrimonium in ordine ad copulam, præcisè ad evitandam propriam incontinentiam, id est, non intendendo generationem, atque optando, ne loquatur. Exemplum fit in paupere, qui sentit magnos stimulos carnis, & timens ne labatur, vel in pollutionem, vel in fornicationem, aut adulterium, ducit uxorem, & quia non habet media, unde possit alere proles, optat sibi eas non nasci, vel etiam ducit aliam, quam

quam, quam credit jam sterilem, ne multitudinem prolium gravetur.

Sententia affirmans in tali contractu nullum esse peccatum, ne quidem veniale, videtur nobis, & multis aliis Doctoribus non infimæ notæ, satis probabilis, eò quòd Matrimonium à Deo institutum sit, etiam ad eum finem, licet secundariò seu per accidens. Hinc Apost. 1. Cor. 7. v. 2. *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque suum virum habeat.*

Respondent Aliqui: Apostolus non dicit: *Propter fornicationem unusquisque ducat uxorem suam, & unaqueque ducat virum suum;* sed; *habeat*, id est, utatur, quando jam eum vel eam duxerit, propter generationem proli, quæ est finis primarij Matrimonii; alioquin contra rationis ordinem præponitur secundarij finis primarij, & ordinatur res bona vel melior, ad minus bonam vel malam. Quod limitat Sanchez supra n. 26. dummodo sit spes proli, quia quando finis primarij est impossibilis, licitum est eligere secundarij; non enim id, quod est impossibile, potest inveni. Item; quia aliàs senes generationi inepti, semper peccarent contrahendo.

Sed contra: Incarnatio Verbi fuit ordinata ad nostram salutem, cum tamen illa multò esset præstantior, ergo in tali ordinatione nulla est positiva deordinatio, quæ sit peccatum, vel solum veniale. Sicut etiam non apparet positiva deordinatio, in eo, quòd quis, relicto sine primario, qui semper implicitè intenditur in casu proposito, expressè intendat solum finem secundarij, qui & ipse honestus est, ut supponitur.

Et verò generatio proli nonne etiam est primarij finis copule five usuj Matrimonii? Et tamen secundum Sanchez lib. 9. disp. 8. n. 10. conjugati ob justam causam, v. g. si ob paupertatem non possint benè alere proles, licet, dum utuntur Matrimonio, optant, ut iis plures filii non nascantur. Si ergo licet uti Matrimonio, non ob generationem proli, sed ad vitandam incontinentiam, ubi tamen etiam præponitur secundarij finis primario, cur similiter non liceat contrahere Matrimonium ad vitandam incontinentiam, tametsi in tali contractu, finis secundarij præponatur primario?

Dices: quia Matrimonium est Sacramentum, quo uti ad finem non proprium, videtur gravis deordinatio. Respondet Coninck disp. 25. n. 15. nos non agere hìc de Matrimonio, ut Sacramentum est (cujus finis ut sic non est generatio; sed sanctificatio suscipientium, quam nolle, fateor esse grave peccatum) sed prout est contractus quidam, causans tale vinculum: quæ ratione non est magis sacrum, quàm copula: atque ita excludere ejus finem non' est major inordina-

tio, quàm excludere finem copulæ. Immo illa est minor, cum copula magis immediatè ad generationem ordinetur: undè hâc nunquàm licet uti eò modo, qui repugnet generationi, illud autè licet tali modo (v. g. cum mutua obligatione ad castitatem) inire. Hæc ille.

Sive ergo Apostolus, loco supra citato, per ly, *Habeat*, intelligat usum Matrimonii, five contractum Matrimonii, perindè est ad nostrum propositum. Alioquin per ly, *Habet*, Apostolus non intelligere usum Matrimonii, videtur colligi ex textu. Nam sequitur v. 3. *Vir debitum reddat uxori &c.* Ubi agitur expressè de actu matrimoniali; ergo per ly, *Habeat*, v. 2. videtur intelligere ipsum contractum. Sed, sicut dixi, perindè est, quid intelligat, ut indè probemus, licitè contrahi Matrimonium, ad vitandam incontinentiam. Nam si ille finis sufficiat ad cohonestandum actum, nulla est ratio, quare etiam non sufficiat ad cohonestandum contractum, qui ad eum actum ordinatur.

Hinc Alii respondent ad locum Apostoli; eum addere v. 6. *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* Indulgere autem, est veniam dare pro culpa. Atque ita hunc locum videtur intellexisse D. Aug. Enchir. c. 78. ibi: *Putari posset, non esse peccatum, misceri scilicet conjugii, non filiorum procreandorum causâ, quòd bonum est nuptiale, sed carnalis etiam voluptatis: ut fornicationis, siue adulterii, siue cujusquam alterius immunditiæ mortiferum malum, quod turpe est etiam dicere, quo potest tentante sathana libido pertrahere, incontinentium devitet infirmitas. Posset ergo, ut dixi, hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset: Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Quis autem jam esse peccatum neget, cum dari veniam facientibus Apostolica auctoritas fateatur?* Et lib. de Bono Conjugali c. 6. sic ait: *Conjugalis concubitus generandi gratiâ non habet culpam. Concupiscentiæ verò satians, sed tamen cum conjugè, propter fidem thori venialem habet culpam.*

Plura ad idem propositum testimonia S. August. invenies apud Mag. 4. dist. 31. ubi & ipse eam sententiam amplectitur, dicens §. 6. *Quando servatâ fide thori, causâ proli conjuges conveniunt sic excusatur coitus, ut culpam non habeat, quando verò deficiente bono proli, fide tamen servatâ, conveniunt causâ incontinentiæ, non sic excusatur, ut non habeat culpam, sed venialem.* Et infra §. 7. *Concubitus, qui est, præter necessitatem generandâ, ob incontinentiam, indulgetur secundum permissionem, quia ibi est aliqua culpa, sed levis.* Atque de tali concubitu intelligit ibidem §. 8. responsum Greg. ad 10. interrogationem Cantuariensis Angliæ Archiepiscopi, & refertur 33. q. 4. c. 7. *Vir cum propria conjugè dormiens, nisi lotus aquâ, Ecclesiam intrare non debet.*

An Apost. 1. Cor. 7. per ly. Habeat intelligat usum Matr.

63. Alia resp. ad locum Apost. ex D. Aug.

64. quam etiam amplectitur Mag. Sent.

Sententia affirmans in tali contractu nullum esse peccatum, ne quidem veniale, videtur nobis, & multis aliis Doctoribus non infimæ notæ, satis probabilis, eò quòd Matrimonium à Deo institutum sit, etiam ad eum finem, licet secundariò seu per accidens. Hinc Apost. 1. Cor. 7. v. 2. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque suum virum habeat.

60. Explicatio Apost. & fundamentum oppositi-judicium.

61. Contra arguitur.

62. Memoria non est generatio proli ex Sanchez.

62. Objectiones solvuntur, ex Coninck.

C. 7. 33. 9. 4.

Diversimodis accipitur indulgentia, ex eod.

65. Mag. sequitur Doct. Angelicus.

Consonat Doct. Seraph. ph.

66. Prima obiectio solvitur ex eod.

Solvitur 2. obiectio.

Tertia obiectio.

Diluitur.

67. Quarta.

bet. Hoc (inquit Mag.) ne praedictis obviet, intelligendum est in illis, qui non gratia prolis conveniunt, quorum voluptas non est sine peccato.

Idem docet 4. dist. 26. §. 4. sequentis tenoris: Indulgentia diversis modis accipitur, scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est permissio in novo Testamento de minoribus bonis, & de minoribus malis. De minoribus bonis est conjugium, quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, id est, de venialibus, est coitus, qui fit causa incontinentiae. Illud enim conjugium, scilicet indulgetur, id est, conceditur. Illud vero, id est, coitus talis permittitur, id est, toleratur, ita quod non prohibetur, scilicet sub gravi peccato.

Mag. sequitur Doct. Angel. 4. dist. 31. q. 2. a. 2. ad 2. Dicendum, inquit, quod si aliquis per actum Matrimonii intendat vitare fornicationem in conjugio, non est aliquod peccatum, quia hoc est quaedam redditio debiti, quod ad bonum fidei pertinet: sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas, & secundum hoc est peccatum veniale, nec ad hoc est Matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quae est de peccatis venialibus.

Consonat Doct. Seraphicus ead. dist. a. 2. q. 2. ibi: Respondeo dicendum, quod qui coit causa fornicationis vitandae, aut hoc in se, aut in altero. Si in altero, ut reddat debitum, hoc est pura iustitiae, hoc est fidei, & est de bonis Matrimonii, ideo omnino a culpa excusatur. Qui vero coit causa fornicationis vitandae in se, in hoc semper peccat venialiter, quia aut pulsatur a carne, aut si non pulsatur, ex quo tamen non vult procreare prolem, nec compellitur debitum reddere, aliqua superfluitas est ibi, & ideo peccat.

Et si tu obicias (persequitur D. Bonav.) quod licet homini bibere, ne sitiat; sic etiam sine peccato coire, ne fornicari appetat; non est simile, quia hic est motus naturae, in coitu non, nec etiam necessitatis. Et hoc dicit Mag. in sequenti dist. 1. cap. Reddere debitum conjugale nullius est criminis, exigere autem, ultra generandi necessitatem, culpa est venialis.

Obiectis 2. Augustinum: Infirmetas carnis excipitur per bonum Matrimonii, ne cadat in fornicationem peccati; sed cum coit causa fornicationis vitandae, infirmitas carnis movet; ergo &c.

Respondet Doct. Seraph. Dicendum, quod fornicationem peccati vocat peccatum mortale.

Obiectis 3. ex ratione; videtur, quod qui utitur aliquo ad illud, ad quod est, potest id facere sine peccato; sed conjugium est propter fornicationem vitandam, ergo &c.

Dico (inquit Bonav.) quod ad hoc est secundum indulgentiam, non secundum imperium, & ideo veniale peccatum, & in hoc ordinatur.

Obiectis 4. Majus bonum est continentia, quam proles; ergo magis licitum & debitum est amare continentiam, quam prolem; sed qui coit amore prolis procreandae, potest sine pec-

cato; ergo qui amore continentiae servandae, Respondet; Quod continentiam servare cum conjugio sine hoc, sed non prolem procreare.

Obiectis 5. qui coit amore continentiae servandae in altero, non peccat, ut cum reddat debitum uxori, ne in fornicationem labatur; sed non magis debet esse sollicitus de aliena continentia, quam de sua; ergo &c.

Respondet; Quod non est locus a minori, sed a majori, quia ibi est actus iustitiae, ratione cuius tenetur & excusatur, non ratione amoris continentiae.

In eandem sententiam propendit Doct. Subr. 4. dist. 26. n. 9 & 20 ut notat ibi Scholialtes; sic enim interrogat: Unde ergo primo est honestas contractus huius, vel obligationis eius? modo id est, in remedium vitandae incontinentiae, vel institutio, vel approbatio divina respectu eius ad istum ad finem? Respondet; non apparet facile, quod secundum rectam rationem debeat quis in illo actu praecise ad delectationem aspiceret: immo magis oppositum videtur capnum recte rationi; ergo magis tolerandum, quod non videtur inventi ibi finis laudabilis, nisi procreatio prolis. Ratio etiam naturalis conducit concludere aliquam honestatem in actu illi, per consequens in obligatione, vel cum iuratum obligatorio matris ad illum actum: nec per consequens, quod Legislator recte debeat talem contractum vel obligationem approbare vel instituire. Ubi nota illa verba: Quia non videtur inventi ibi finis laudabilis, nisi procreatio prolis. Ergo, secundum Scotum, remedium vitandae incontinentiae non videtur esse finis laudabilis.

Interim conatur ostendere oppositum hoc argumento: Quia ergo si dicatur, quod quicumque volens uti corpore suo ad delectationem peccati, ne utatur injuste cum non sua, potest committere corpus suum pro corpore alterius, quo iuste utitur tanquam suo: & tunc ista datio honesta propter illam iustitiam: praesupposito tamen, quod sine licito, nec oportebit tunc, quod de licito utatur se, vel corpore suo ad talem actum, hoc ut licite utatur, quia (ut dictum est) excludendo secundam rationem ad tertiam Conclusionem. Unicusque commisit se, & sua, in quibus non obligavit eum sibi. Si hoc non sufficit, nec iustitia ad illum actum erit magis laudabilis, quam ipsa conjunctio, vel commutatio ad unum alium actum, qui non esset laudabilis, puta commutatio ad vitandum alio ad locum alium pro simili usu, & c. Quia autem praevidebat Scotus, quod hoc argumentum non plene satisfaceret difficultati propositae, continuo atrexit: Saltem potest hic recurri ad institutionem Dei, qui magis laudabilitate actus propter alium finem, quam propagationem; sed ex infirmitate post lapsum & pronitate ad istum actum, indulget, non approbat actum istum, & hoc ad vitandum magis malum; & ista indulgentia posita, contractum

ordinatum ad actum istum instituit; et si non lege naturæ impressa, saltem lege positiva, & hoc tam quantum ad contractum, quam quantum ad obligationem.

71. Quæris, ubi contractus ille sic fuerit institutus? Sed difficile est (prosequitur Scotus) invenire, ubi quoad contractum, quia nunquam in veteri Testamento invenitur contractus præceptus vel laudatus, nisi ad procreationem prolis; semper enim mandatum divinum est ad hoc, Crescite &c. quod non est, nisi propagando; saltem in novo Testamento certificati sumus de hoc, propter alium finem, scilicet propter vitandam fornicationem 1. Cor. 7. Hoc autem secundum indulgentiam dico &c. & verisimile est, quod ista indulgentia non fuerit primò facta in nova lege, sed à principio humani lapsus.

Sic ergo (concludit Doct.) ex primis conclusionibus habetur de institutione Matrimonii, & obligatione in ordine ad finem propagandi prolem, & institutio Sacramenti concomitantis illum contractum: sed institutio contractus ad vitandam fornicationem, non habetur ita per rationem naturalem: immò vix tanquam licitum ex institutione divina, nisi ut indulgentia. Justitia tamen ibi per rationem in indissolubilitate, & Sacramentum concomitans contractum illum eodem modo concomitatur, ut prius, de Matrimonio instituto propter primum finem. Hucusque Doct. Subt. de hac controverfia.

72. Et quàmvis inclinare videatur in sententiam, tenentem, actum conjugalem, petitum ob alium finem, quàm procreationis, non esse sine culpa veniali; & per consequens, non posse contrahi Matrimonium ad vitandam propriam incontinentiam, sine culpa veniali; equidem facile explicari posset de actu indifferenti. Non enim rectè sequitur: Deus non approbavit, sed indulgit illum actum ad vitandum majus malum, ergo ille actus est malus; sed tantum rectè inferitur ex illo Antecedente: ergo ille actus non est positivè bonus; nam Deus positivè non approbat, nisi quod positivè bonum est. Cum ergo, secundum Scotum, dentur actus in specie, & in individuo indifferentes, fortè unus ex illis est, Matrimonium contractum ad vitandam propriam incontinentiam, & similiter actus conjugalis, petitus ob eundem finem.

73. Et sanè, quod atinet ad Scripturam 1. Cor. 7. nihil invenio in ea, quod cogat asserere, per Indulgentiam, ibi intelligi debere veniam peccati propriè dicti; sed, salvà auctoritate S. Aug. & aliorum Doctorum, videtur commodissimè accipi posse Indulgentiam, pro permissione Matrimonii, tanquam minoris boni; quod colligo ex verbis adjunctis: Non secundum imperium, quasi diceret, non præcepto contractum talem Matrimonii, aut talem usum Matrimonii, sed permitto tanquam minus bonum; nam melius esset continere, &

jejunii, ac penitentiis, afflictione corporis & orationibus incontinentiam vitare.

Hinc rationem adjungens ait: Volo enim vos omnes esse sicut me ipsum; sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Ubi Matrimonium, de quo antea fuerat locutus, vocat donum Dei, sicut & statum virginitatis, ad quem ibi fideles hortatur. Non fuerat autem locutus, nisi de Matrimonio, contracto propter fornicationem evitandam. Si ergo hoc Matrimonium donum Dei, quomodo peccatum veniale? Aut si peccatum veniale, petere copulam ad vitandam propriam incontinentiam; cur etiam non sit peccatum veniale, reddere tali casu copulam, cum illa redditio sit cooperatio ad peccatum petentis?

Si dixeris; reddit debitum & idèd non peccat. Contra; quomodo debita illa copula, quæ necessariò ex parte petentis est peccatum? Suppono quippe, quod nulla sit spes procreationis prolis. Putas, quia teneor reddere debitum ei, qui petit cum voto castitatis? Scio multos esse, qui id doceant, ego autem contrarium sustineo, & suo loco diffusius probabo; ac consequenter dico: si illa copula respectu petentis sit intrinsecè mala, ita ut nulla ratione ei liceat, etiam redditio nem quàm talem esse illicitam; quia cooperatio ad peccatum alterius; atque adeò dico, eam non esse debitam.

Interim ex hac responsione patet, hoc argumentum pro nostra sententia non esse efficacax; Licet reddere debitum, ad vitandam incontinentiam petentis; ergo etiam petere, ad vitandam incontinentiam propriam; quia charitas incipit à seipso: ergo etiam licet contrahere Matrimonium, ad vitandam propriam incontinentiam; sicuti licet contrahere Matrimonium, ad vitandam incontinentiam alterius. Nam disparitas est; quòd propriam incontinentiam possimus vitare aliis mediis licitis & honestis, v. g. orationibus, jejuniiis &c. secus incontinentiam alterius.

Nec magis urget subsequens argumentum; Licitum est, omisso fine principali, assumere secundarium, si sit honestus, qualis est evitatio incontinentiæ propriæ. Nam facile respondent Adversarii; finem secundarium hic non esse honestum, quando est aliud medium evitandi propriam incontinentiam; undè aliundè probandum foret copulam esse honestam, quando non intenditur principalis finis.

Si probaveris: quia Matrimonium est utile, & à Deo ordinatum in concupiscentiæ remedium post lapsum; ergo Matrimonium contrahere, & eo uti ad talem finem, nullum potest esse peccatum. Respondent Adversarii: non esse à Deo ordinatum, nisi permittivè, tanquam minus malum.

74. An copula, qua petitur ad evitandam fornicationem, sit debita.

Cur magis excuset à peccato incontinentia aliena, quàm propria.

75. An copula sit honesta, quando non intenditur principalis finis.

Prima probatio partis affirmativæ rejicitur.

76.
Secunda
Probatio.

Meliùs probatur: quia in sterilibus cessat omninò spes prolis, in fecundis autem sæpissimè, nempe post prolem jam conceptam; adeòque in illis regulariter, in his sæpissimè esset illicita petitio copulæ: nec satis foret provisum concupiscentiæ toro conjuncto- rum, de licito remedio illius, quæ ex ipsa tori conjunctione potius augetur. Et sanè senes ac steriles, dum contrahunt Matrimonium in ordine ad copulam, nullum alium possunt habere finem, saltem explicitum; nam sciunt se non posse proles generare, & tamen nemo damnat eos peccati.

Resp. Ad-
versario-
rum.

Sed adhuc respondere possent Adversarii: satis provisum esse eorum concupiscentiæ per hoc, quòd possint reddere debitum & petere ad vitandam alterius incontinentiam; item quòd per alia media, orationes, jejunia & similia opera pietatis, possint eam vincere, veluti dum alter conjux infirmus est, aut absens. Nec mirum, quòd, dum senes contrahunt Matrimonium, nemo arguat eos de peccato; quia saltem probabiliter licet ipsis ad eum finem contrahere, & peccatum leve est, atque correctio valde incerta, immò moraliter certò non profutura.

77.
Tertia pro-
batio ex
Pontio.
Scotus.
Gabriel.

Alià ratione utitur Pontius lib. 1. cap. 2. l. n. 4. ubi docet nostram sententiam: Probat, inquit, ratione, quam insinuavit Scotus 4. dist. 26. q. un. in fine partis principalis, & Supplem. Gabr. ead. dist. q. 1. a. 3. dub. 2. Quia Deus dereliquit hominem & sua sibi, in quibus non obligavit ipsum sibi. Possit ergo homo corpus suum transferre in aliam; ut sic eo benè uti possit cum sua, cum is peccare prohibitus sit à Deo cum non sua. Ergo factà translatione potest uti ex eo sine; sicut qui emit rem aliquam, ut rectè eà utatur aliquo usu ex multis, ad quos ordinari poterat: solumque fiet, ut sit usus minus bonus ex eo sine, non verò malus.

Resp. Adver-
sario-
rum.

Sed hoc est quòd quæritur: nam Adversarii contendunt, ex eo sine usum istum esse malum; idque quia non est ordinatus in eum, nisi per indulgentiam seu veniam peccati.

78.
Quarta
probatio ex
eod.

Et eodem modo responderent Adversarii ad aliam probationem, quam ibidem subjungit Pontius, putà: Quia si velle contrahere Matrimonium, ob fornicationem vitandam, esset malum; idè esset, vel quia objectum illius, scilicet vitatio fornicationis, est malum; hoc autem dici non potest, ut planum est. Vel quia vitatur medio illicito, ut dum quis dat elemosynam ex furto. Et neque hoc dici potest, ut constat; quia Matrimonium licet, & actus meritorius esse potest. Quare ea vitatio fornicationis non intenditur malo medio: licet intendatur minus bono. Meliùs enim esset continere & jejuniis, penitentiis, afflictione corporis ac orationibus

vitare. Vel denique malum esset ex eo, quòd præponitur fini principali, scilicet contrahere propter prolem. Sed neque hoc dici potest. Nam vel contrahens ita se habet in contrahendo, ut excludat primum finem actu vel habitu, & aliàs contrahit in ordine ad copulam, & sic non dubium est, committi peccatum, non tantum veniale, sed etiam mortale; vel implicite tendit in prolem, quæ est finis primarius operis & contractus, explicitè tamen in finem secundarium. In hoc autem ego non video, quæ inordinatio sit, aut quæ lege teneatur, quòd si expressè velit unum, expressè etiam velit alium, cum verè non præponat, sed tendat implicite in prolem, quia ad eam primò ordinatur ex traditio; expressè verò in vitandam fornicationem, quia ad eam ordinatur Matrimonium in remedium. Hæc ille.

Sed, sicut dixi, Adversarii eodem modo responderent: Matrimonium non esse ordinatum ad vitandam fornicationem, nisi per indulgentiam sive veniam peccati; adeoque medium illud non solum esse minus bonum, sed etiam venialiter illicitum, quando vel alio medio potest vitari fornicatio, vel hoc medium non est debitum ex iustitia.

Quæ ergo probatio efficax nostræ Conclusionis? Respondeo; quia Matrimonium de se est actus licitus & honestus, & non satis ostenditur, vel ex Scriptura, vel ex ratione, malitia illius finis; non præsumitur autem actus malus, nisi sufficienter probetur eorum malitia. Immo potius, dicit aliquis, ex Scriptura superius allegata apud Apost. 1. Cor. 7. probatur, tale Matrimonium licitum esse & honestum. Quippe modus iste loquendi, plene non denotat permissionem venialis peccati, sed concessionem actus liciti, etiam minus boni. Nam si datur venia peccati; ergo tollitur peccatum per illam veniam, quòd alioquin foret, nisi venia fuisset data: tollitur inquam, id est, impeditur peccatum, & in actu, alioquin malo sine tali venia, fit actus bonus per istam veniam. Sicuti dum Superior dat veniam subito exeundi conventum, vel accipiendi rem aliquam, per istam veniam exitus iste, & acceptio illa sunt actus boni, qui alioquin sine illa fuissent mali.

Aliàs, si Matrimonium, cum indulgentia seu venia Apostoli vel Dei, malum permanens, quid opus erat illa indulgentia seu venia? Ipsa sanè ratio naturalis dicitur, potius faciem dum minus malum, quàm majus. Adeoque non erat opus istà speciali exhortatione Apostoli, si nihil aliud volebat dicere, quàm Matrimonium, ad vitandam fornicationem, esse peccatum veniale seu minus peccatum, quàm fornicatio; nemo enim fidelium de hoc dubitabat.

Sed placet audire Bonæ Spei de hac con-

troverfia. Itaque in libello, quem intitulavit Noctua Belgica &c. n. 133. fic ait: Copula matrimonialis, præter generationem proliſ, alios fines habet, quibus cohonestetur; videlicet, ut ſervetur fides conjugii, vitetur periculum incontinentiæ &c. juxta illud Apoſtoli 1. ad Cor. 7. Propter fornicationem uniuſcujuſque ſuam uxorem habeat, & unaqueque ſuum virum. Et Gerſonis in Compendio Theol. tit. de Vitio in fine, quod ſumpſit ex Confeſſ. Bonav. p. 14. c. 2. *Concubitus matrimonialis aſſignatur triplex modus &c. licitus fit tripliciter, vel ſcilicet cauſa proliſ ad bonorem Dei & cultum: vel cauſa reddendi debiti, dum exigitur: vel cauſa fornicationis vitandæ.* Ita Auctores communius apud Dian. 3. p. tract. 4. de Sacram. reſol. 219.

Dum verò Auguſt. lib. 4. contra Julianum c. 3. vult eſſe peccatum veniale, ſi præciſe fiat ob duos poſtremos fines: per peccatum veniale, ipſe intellexit, aliquod non ordinatum ad vitam æternam, quod tamen licitè ſeu cum venia fit; alioquin cum Apoſt. loco citato dicat, fieri ſecundum veniam, ſeu indulgentiam, juxta verſionem vulgatam; & Auguſt. lib. de Bono conjugali c. 10. addat. *Quis ambigat abſurdiffimè dici, non peccaſſe, cui venia datur? Vellet Apoſtolum dediſſe veniam, ad propriè peccandum venialiter, quod abſurdiffimè diceretur.* Ita hic Auctoꝝ.

Discutiamus ſingula & videamus ſi omnia vera ſint, quæ hic allegantur. In primis citatur Gerſon in Compend. Theol. tit. de Vitio ſeu peccato *luxuriæ*, ubi quidem illa verba leguntur, ſed cum hoc addito, quod Bonæ Spei omiſit, an ſponte, quia contra ſuam ſententiam, relinquo judicio Alioꝝ; cum hoc, inquam, addito: *Non quidem in ſe, ſed in ſua conjugæ*, quæ eſt communis Omnium ſententia, ſcilicet, licere actû conjugalem cauſa fornicationis vitandæ in conjugæ, quamquã Multi ſint, qui negent, eum eſſe licitum, cauſa fornicationis vitandæ in ſe; & idè verifiſimè illam particulam addidit Gerſon, ſecutus in hoc ſententiam D. Bonav. qui, ut ſuprà vidi-mus, putat, actum conjugalem eſſe illicitum, cauſa fornicationis vitandæ in ſe. Si ergo ſumpſit Gerſon hanc ſuam doctrinam ex Confeſſ. Bonav. c. 2. particulâ 14. non eſt veriſimile, eum reſceſſiſſe ab ejuſ doctrina.

Subſcribam interim verba Doct. Seraph. quæ habet loco citato: *Circa 6. præceptum querat (Confessionarius) ſecundum ſeptem differentias luxuriæ, fornicationem, meretricium, Adulterium, ſuſurpium, ſacrilegium, quod eſt concubitus, prout hic ſumitur, quo continentia Deo ſacrata læditur, vel violatur, inceſtum & peccatum ſodomiticum; poteſt etiã addi 8. differentia, ſcilicet libidinosus coitus conjugalis, qui aliquando provenit ex fragilitate, aliquando ex impetuoſitate, metas honeſtatis & rationis tranſcen-*

dens, & idè ſemper eſt mortale peccatum, quod fit quinque modis. Primus, cauſa faciendæ libidinis, & hoc per meretricias blanditiâs; ſecundus, quando fit contra naturalem uſum; tertius, cum fit in tempore prohibito; quartus, cum in loco prohibito; quintus, cum acceditur ad vicinam, vel quæ eſt in fluxu menſtruo, hæc ſunt verba Mag. Alexan. de quibus omnibus Confeſſor interrogando cauſiffimè procedat, ne efficiatur eis cauſa mortis, quibus oſtendere debuerat viam vitæ. Hu-cuſque Doct. Seraph. In quibus verbis, ne vel unum apparet, quod faveat ſententiæ Bonæ Spei, dicentis, abſolutè licere coitum conjugalem, ad evitandam incontinentiam.

Itaque immeritò citatur Gerſon pro noſtra ſententia, cujuſ oppoſitum fatiſ illo loco inſinuat. Similiter in eod. Compend. tit. de Sacram. Conjugii, q. 3. *An amplexus Matrimonialis poſſit fieri ſine peccato? ibi: Aut fit cauſa fornicationis vitandæ, & hæc cauſa excuſat à mortali.* Si autem cenſuiſſet eam etiã ſemper excuſare à veniali, indubiè id addidiſſet, vel ſimpliciter dixiſſet: *Excusa à peccato.*

Sed veniamus ad D. Auguſt. cujuſ hæc ſunt verba lib. 4. ad Jul. c. 3. in fine. *Hoc ergo amore (Creatoris) opus eſt, ut bonum beatificum fit, & pudicitia conjugalis, ut fit ejuſ inventio, quando vitur conjugis carne, non in voluptate libidinis, ſed in voluntate propaginis. Si autem vicerit, & propter ſeiſpſam, non propter filios propagandos fieri aliquid extorſerit, & voluptas veniale peccatum fit propter nuptias Chriſtianas.* Quæro, an ibi Auguſt. velit, copulam conjugalem eſſe peccatum veniale, ſi præciſe fiat ob duos poſtremos fines, videlicet ut ſervetur fides conjugii, & vitetur periculû incontinentiæ.

Certum eſt, quòd Auguſt. ibi non loquatur de penultimo fine, ſcilicet de redditione debiti, ut patet ex illis verbis: *Si autem vicerit, & propter ſeiſpſam, non propter filios propagandos fieri aliquid extorſerit &c.* qui autem reddit debitum, nihil extorquet, ſed ille tantum, qui petit. Et alioquin ſibiipſi contradixiſſet, dum ait lib. de Bono Conjugali cap. 10. *Concubitus neceſſarius cauſa generandi inculpabilis, & ſolus ipſe nuptialis eſt. Ille autem, qui ultra ipſam neceſſitatem progreditur, jam non rationi, ſed libidini obſequitur. Et hunc tamen non exigere, ſed reddere conjugii, ne fornicando damnabiliter peccet, ad perſonam pertinet conjugalem. Si autem ambo tali concupiſcentiæ ſubiguntur, rem faciunt non planè nuptiarum.*

Et cap. 11. ſic lego: *Decus ergo conjugale, eſt caſtitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides. Hoc eſt opus nuptiarum, hoc ab omni crimine defendit Apoſtolus, dicendo: Et ſi acceperis uxorem, non peccati; et ſi nuperit virgo, non peccat: & quod vult faciat, ſi nubat. Exigendi autem debiti ab alterutro ſexu immoderatioꝝ progreſſio, propter illa, quæ ſuprà diximus, conjugibus ſecundum veniam conceditur.* Ergo

83. Examinatur mens D. Augustini.

84. Ostenditur, quòd non loquatur de redditione debiti.

fallum est quòd Aug. lib. 4. contra Jul. c. 3. velit, copulam conjugalem esse peccatum veniale, si præcisè fiat ob duos postremos fines.

85.
Quid intelligat S. Doctor per peccatum veniale.

Quid autem intelligat illo loco per, peccatum veniale, dum ait: *Voluptas veniale peccatum sit propter nuptias Christianas*, quis nobis certò dixerit? Putat Bonæ Spei, intelligere aliquid non ordinatum ad vitam æternam sive aliquid non beatificum, quod videtur colligi ex illis verbis: *Hoc ergo amore opus est, ut bonum beatificum sit, & pudicitia conjugalis; ac proinde quod sequitur: Si autem vicerit &c. voluptas veniale peccatum sit &c.* idem videtur esse, ac si diceret, voluptas sit bonum propter nuptias Christianas, sed non beatificum, delectu debitæ intentionis.

Et reverà, ut alibi notavi, toto isto cap. videtur S. Doctor per opus bonum intelligere opus beatificum, sive meritum vitæ æternæ & per consequens, per peccatum intelligere opus non meritum vitæ æternæ, sive ex objecto suo bonum sit, sive malum seu peccatum propriè dictum. *Aut certè* (inquit ibi circa finem) *quoniam saltem concedis, opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad salutem sempiternam regnumque perducere; scito nos illud bonum hominum, dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per unum Mediatorem Dei & hominum, nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad æternum Dei donum regnumque perducere.* Et post pauca, his similia, adjungit: *Hoc ergo amore opus est &c.* ut sup.

86.
Communior opinio intelligit peccatum propriè dictum.

Interim communior opinio DD. intelligit peccatum veniale propriè dictum; & verba August. de Bono conjugali c. 10. *Nam quis ambigat absurdè dissimè dici, non eos peccasse, quibus venia datur*, interpretantur de peccato propriè dicto, juxta illud, quod ait idem sanctus Doctor lib. 5. contra Julianum cap. 9. in fine: *Sicut & coapostolus ejus (Petri) tempora præscribit orandi temperantia conjugali: & secundum veniam concedit, quamvis cum conjugate non utique illum proles, sed qui sit voluptatis intentione concubitum. Hunc audiant Christiana conjugia, non te (Julianum) qui vis in eis quam defendis nunquam frenari concupiscentiam, sed quotiescumque se commoverit satiari avidam, regnare securam. Hunc audiant, inquam, fideles Christi, qui sunt concubio colligati, ut ex consensu temperent, quo vacent orationi, & cum ad idipsum redeunt propter intemperantiam suam, noverint etiam inde dicere Deo: Dimitte nobis debita nostra. Quod enim secundum veniam, non secundum imperium a tanto Doctore dicitur, utique ignoscitur, non jubetur.*

An fortè Bonæ Spei, per debita, in Oratione Dominica, intellexerit etiam aliquid, non ordinatum ad vitam æternam, quod tamen non est propriè peccatum? Non arbitrator.

87.

Sed nunquid ideo Apostolus dedit veniam

ad propriè peccandum venialiter? Aut si dedit, nunquid id absurdè dissimè dicitur? Respondet deo: Apostolus dedit veniam, ad propriè peccandum venialiter, id est, verbis illis: *Hoc autem dico secundum indulgentiam*, significasse fidelibus, quòd quamvis copula ad evitandam incontinentiam foret peccaminosa, solum tamen venialiter; & ideo melius esset, ut iterum revertantur in idipsum, quamvis in hoc venialiter delinquant (quia aliis modis possent suam incontinentiam refrænare, si vellent) quàm ut peccent mortaliter per fornicationem, pollutionem, adulterium aut similem turpitudinem, ad quam tentat eorum satanas. Non dedit ergo Apostolus veniam, ad propriè peccandum venialiter, absolute & simpliciter, sed in comparatione peccati mortalis; quod non absurdè dicitur, ut patet.

Et ita explicat seipsum August. lib. 1. de Bono conjugali c. 10. ibi: *Unde mihi videtur, hoc tempore solos eos, qui se non continent, conjugari oportere, secundum illam ejusdem Apostoli sententiam; Quòd si se non continent nubent. Melius enim est nubere, quàm uri. Nec ipsi tamen peccatum sunt nuptiæ, quæ si in comparatione fornicationis eligerentur, minus peccatum essent, quàm fornicatio; sed tamen peccatum essent.* Vix ergo dubitari potest, S. Aug. locutum fuisse de peccato veniali propriè dicto.

Sed nunquid ideo adversatur Concilio Constantiæ? Videtur quòd non. Non enim Aliqui loquuntur de copula exercita ad peccatum incontinentiæ vitandum, sed ad ipsam concupiscentiam seu intemperantiam expellendam, utpote totus in illo loco (puta lib. 5. contra Jul. c. 9.) ad ostendendum, quòd concubitus, causâ voluptatis explendæ admittendus sit malus: quem proinde dicit ab Apostolo permitti, tanquam indulgendo rem malam. Dum autem judicat, solum posse intendere generationem proles, solum loquitur ex intentione principalem voluptatis. Non certè constat, posse, immo debere reddi copulam, etiam à sterili, ad satisfaciendum bono conjugali: quid ni ergo intendi possit sedatio concupiscentiæ?

Sed responderi posset: sedationem propriè concupiscentiæ intendi non posse, nisi cum intendatur voluptas; quid enim est, quòd satisfat in homine concupiscentiam copulæ, propter voluptatem carnalem illius actûs? Ergo qui intendit cessationem concupiscentiæ, intendit etiam intendere voluptatem carnalem, quòd secundum ipsos est illicitum. Quòd autem idem sit intendere carnalem voluptatem & intendere sedationem concupiscentiæ seu devitacionem incontinentiæ, patet ex August. suprâ Enchir. c. 78. *Putari, inquit, posset, non esse peccatum, misceri conjugati, non filiorum procreandorum causâ, quòd est bonum nuptiale; sed carnalis etiam voluptatis, ut fornicatio.*

uicationis, adulterii &c. incontinentiam devires infirmitas &c. vide totum locum supra & festinè cognosces idem esse apud D. August. misceri conjugii causâ carnalis voluptatis, & causâ devitandi fornicationem, adulterium, aut similem incontinentiam.

Alii ergo respondent ad D. August. & alios SS. PP. eos locutos fuisse de immoderata voluptate, idque colligunt ex D. August. lib. de Bono conjugali c. 6. supra allegato ibi: *Conjugalis concubitus generandi causâ non habet culpam. Concupiscentiâ verò satiande, sed cum conjugæ, propter fidem rhorii venialem habet culpam.* Concupiscentiâ, inquit, satiande; non satiat autem concupiscentia, nisi per immoderatam voluptatem.

Appositè D. fulgentius Epist. 1. de Conjugali debito &c. c. 3. *Hujus igitur potestatis (conjugalis) inculpabilis est usus, officio gignendi divinitus attributus, si justitiâ terminum transgredi libidinosus non permittatur excessus. Justitiâ verò utendi conjugii hæc est, ut non expleat libidinis, sed substituatâ prolis obtentu, sibi conjugæ congruo tempore miscantur.... Sic ergo queri debet ex nuptiis fructus, ut cohibendus sit lubrica voluptatis excessus. Non ait: Ut cohibenda sit lubrica voluptas, sed, Ut cohibendus sit lubrica voluptatis excessus.* Ergo non omnis lubrica voluptas est mala, sed tantum excessus istius voluptatis.

Chryostomus Homil. 5. in 1. ad Thessal. *Propter, inquit, vitæ communionem, puerorum procreationem, puella adjuncta viro est, non turpitudinis risuque gratia, ut domum administraret, ut & virum ad honestatem & castitatem erudiat, non ut illi fornicationis incitamenta porrigat.* Et Basil. lib. de Virginitate: *Quid est autem in Domino habere? Non ut vile mancipium voluptatibus carnis ad concubitum pertrahi, sed iudicio & commodioris vitæ ratione nuptias eligere.*

Hæc quidem, inquit Pontius lib. 1. c. 21. n. 10. & hujusmodi multa alia, ob eam rationem dicta sunt; quia ut plurimum ex vehementi voluptate peccatum aliquod cum usu conjugii copulatur, quod accidentale est; aliâ si per se eam deformitatem, licet venialem haberet, non potuisset esse licitus contractus Matrimonii, cum nulla possit esse obligatio ad culpam venialem. Hæc ille.

Itaque, secundum hunc Auctorem, SS. PP. commodè intelligi possunt de peccato, non quod præcisè consistit in illa voluptate, sed de peccato, ordinariè conjuncto ex vehementi voluptate, quæ facit, ut frequentius appetatur, quam condeat valetudini corporis & functionibus mentis. Alioquin nec conjuges sibi efficaciter complacere possent in illa voluptate, quando commissentur ob generationem prolis; Siquidem efficax complacencia, si per se mala sit, non videtur bo-

na fieri posse, per hoc, quod finem bonum respiciat. Et verò nonne Deus per talem delectationem voluit ad actum conjugalem invitare, ut & vitaretur concupiscentia, & proles sequeretur?

Planè, inquit aliquis, & ideo est peccatum, quando aliquis intendit illam delectationem tamquam finem, nam pervertitur ordo medii & finis.

Conceditur totum, quando intenditur illa delectatio tamquam finem supremum. Audiamus Almainum in 4. dist. 26. q. 1. in fine, ubi hæc habet: *Nam temperantia est virtus circa delectationes gustûs & tactûs, & castitas habet moderari illas passiones, five delectationes tactûs moderari, id est, ad quoddam temperamentum & medium reducere.* Et virtus, quæ est circa passiones, inclinatur ad fugiendum passiones excessivas, & ad capiendum passiones mediocres. Nam qui nullo modo vellet passiones habere, esset insensibilis. Ergo cum castitas inclinatur, ad mediocriter percipiendum passiones mediocres, tunc actus capiendi, cum qua capiendâ sunt, est actus virtutis conjugalis. Ergo velle mediocres capere, cum quo oportet, & ubi oportet, talis actus non est malus, sed potius bonus.

Item delectari cum uxore non est malum, aliâs quilibet cognoscens uxorem peccaret; & si non sit malum, non est prohibitum, quod habeatur illa volitio, cum non feratur circa aliquid prohibitum. Ergo non est mala ex objecto, & non habet circumstantiam malam finis; quia suppono, quod non referatur in malum finem alium. Ideo non est actus malus. Nâ quod est per se malum, non potest bonum fieri, etiam propter bonum finem, & velle delectari cum uxore non est malum ex objecto tunc, ad minus est indifferens ex objecto: ergo si tale velle, non sit aliquâ malâ circumstantiâ circumstantionatum, talis actus non erit malus; & per consequens, non oportet necessariò, quod omnis actus, quo vult actum exercere cum uxore gratiâ delectationis percipiendæ, dummodo non constituat delectationem, tamquam supremum finem, sit malus. Hucusque Almainus, ut refert Pontius supra. n. 7.

Addi tamen debet (inquit hic Auctor n. 8.) quod prudenter subjicit Almainus, esse excessum in tali actu propter vehementiam delectationis, atque ob hæc causam sæpè August. affirmat, in usu conjugii esse venialem culpam. Hæc ille.

Et de hoc excessu loquitur D. Hieronymus contra Jovinianum lib. 1. & refertur 32. q. 4. c. 5. *Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem interest, quam ex honesta causa quis insanat. Unde & Christus in sententiis: Adulter est, inquit, in suam*

93. Quid sit temperantia ex Almaino.

94. Delectari cum uxore non est malum, ex eod.

95. De excessu in tali delectatione loquitur S. Hieron.

C. 5. 32.
9. 4.

suam uxorem amator ardentior. In aliena quippe uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare conjugem, non affectu. Rege impetus voluptatis, nec præcepta ferretur in coitum. Nihil est foedius, quam uxorem, amare quasi adulteram. Certè, qui dicunt, se causâ Reipublicæ & generis humani uxoribus jungi, & filios procreare, imitentur saltem peccatores, & postquam venter uxoris intumuerit, non perdant filios nec amatores se uxoribus exhibeant, sed maritos. Item in c. 5. Epist. ad Ephes. ad vers. Viri diligite (& refertur ead. cap. 14.) Liberorum ergo, ut diximus, in Matrimonio opera concessa sunt; voluptates autem, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in uxore damnatae. Quis non videt, hunc sanctum Patrem loqui de excessu delectationis seu voluptatis carnalis, & non de moderata voluptate?

C. 14. cad.

96.

Peccat mortaliter, qui delectationem illam constituit tanquam supremum finem.

Notandum autem, quod supra bene notavit Almainus in fine: Dummodo non constituat delectationem tanquam supremum finem: quia, ut ibidem ait hic Auctor, qui tanto impetu fertur in delectationem, ut ex affectu suo eodem modo delectaretur cum quavis; & qui ita afficitur illâ delectatione, ut vellet eam cognoscere, etsi non esset propria uxor, & ut mallet impedire generationem, quam generare, indubiè peccat non solum venialiter, sed etiam mortaliter.

97.

De huiusmodi loquitur Angelus Tob. 6.

Et de huiusmodi loquitur Angelus Tob. 6. v. 17. Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem demonium super eos. Et tales præcisè contrahunt, & committuntur suis uxoribus, ad satiamdam seu explendam libidinem, positivè excludentes generationem proles eamque abhorrentes, potiore ducentes voluptatem.

D. Aug.

De qua utique immoderata voluptate reprehendit Matrimonia Manichæorum D. August. lib. 2. de Moribus Manichæorum, c. 18. ibi: Nonne vos estis, qui nos solebatis monere, ut quantum fieri posset, observaremus tempus, quo ad conceptum mulier post genitalium viscerum purgationem apta esset, eoque tempore à concubitu temperaremus, ne carni anima implicaretur? Ex quo illud sequitur, ut non liberorum causâ, sed satiantæ libidinis habere conjugem censeatis.

98.

In quo consistat delectatio, venialiter solum peccatum minus.

Ceterum nemini dubium esse potest, præter hanc immoderatam voluptatem, quæ est peccatum mortale, aliam sæpissimè intervenire in actu conjugali, quæ secundum D. August. & alios SS. PP. solum sit peccatum veniale, & in eo consistit, ut patet ex ante dictis quod ex vehementia illius voluptatis frequentius appetatur copula cum uxore, quam conveniat corporis valetudini, & functionibus mentis, seu cogitationibus animi salutaribus, quæ nimium per istum actum obse-

rantur, de quo iterum reddidit sermo proprio magis loco, ubi de redditione debet.

Hæc sufficiant impræsentiarum, ubi propriè solum agitur de fine, quem intendere debent contrahentes Matrimonium, qui, sicut patet ex hæcenus dictis, potest esse sola vita socialis seu mutuam obsequium, & communicatio operum; quando scilicet Matrimonium non contrahitur in ordine ad copulam carnalem, sed ius proximum ad illam excluditur per alium contractum aut votum ex mutuo consensu, ut constat de Matrimonio B. Mariæ cum Josepho. Sin autem Matrimonium contrahatur modo communi, id est, cum ordine & iure proximo ad copulam, tunc licitè intenditur generatio proles, & evitatio alienæ incontinentiæ; imo etiam incontinentiæ propriae, juxta quam plurimos Auctores tam veteres, quam recentiores, quos particulariter allegare super vacaneum duxi supra obvii sunt, nec potest de eorum mente dubitari, quamvis etiam ex veteribus multi fiant, qui cum D. August. & aliis Patribus, id videtur, oppositum doceant.

Quantum ad finem voluptatis, multo certius est, eum esse illicitum venialiter, et quæ hæc communior sententia Theologorum, tam veterum, quam recentiorum, & in præsequenda; quamquam Nonnulli oppositum doceant, dummodo intendatur voluptas moderata; neque est omninò improbabile, ut significatur in ultima parte Conclus. quæ se habet: Immo fortè ob moderatam voluptatem ex usu conjugii.

Hinc à fortiori sequitur, etiam licitum esse intendere alios fines in Conclus. enumeratis, scilicet conservationem statûs, acquisitionem divitiarum, dignitatis, officii & similibus, hæc immoderatè appetuntur. Tunc autem immoderatè appetuntur, in primis, quando positivè excluduntur fines intrinseci, & quando constituntur supremi fines, juxta supra dicta, quo casu peccatur mortaliter. Deinde, quando appetitur dignitas aliqua, vel officium, ad quod contrahens est ineptus, nec reddi potest aptus pro tempore, quo dignitatem, vel officium debet exercere, & similibus casus excogitari possent, in quibus effectus illicite levem immoderationem, contrahere Matrimonium ob prædictos fines, eisdem etiam finibus principalis simul & principaliter intenditur.

Alioquin, per se loquendo, ne veniale quidem videtur, contrahere ob finem extrinsecum per se honestum. Ita Pontius supra n. 13. citans Scotum in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. & Majorem in 4. dist. 26. q. 3. Conclus. 1. & 2. quos immeritò, inquit, rejicit Thomas Sanchez lib. 2. disp. 29. q. 3. n. 21. Ratio autem Pontii est: quia intendere pulchritudinem

nem, vel divitias, vel generis nobilitatem; ex se non est malum, ut constat, neque ex medio, per quod inrenditur, scilicet per contractum Matrimonii; dum neque actu, neque habitu ex animi dispositione excludit alios fines Matrimonii. Quare in eo, qui sic contrahit, nunquam hæc habent rationem totalis finis Matrimonii; sed tantum habent rationem causæ impulsivæ, in quam expressè fertur: implicitè autem in ipsos fines operis & contractus, quandoquidem vult traditionem illam, & communicationem obsequiorum, & prolem: implicitè autem tendere in eos fines, explicitè in alios, qui ex se mali non sunt, nulla inordinatio est. Hæc ille.

102. Sed nunquid contrarium docet Sanchez? Clarum est quòd non. Sic enim ait suprâ. n. 24. Si fines indifferentes, Matrimonio extraneis, sint solum causa secundaria, & applicationis ad contrahendum, nulla est culpa; quia nulla est debiti finis inordinatio; stante enim illo motivo, servatur finis Matrimonii debitus. Et confirmatur; quia si Sacerdos, alias non celebraturus hodie, ut morem gerat amico petenti, applicat se ad celebrandum, nullo modo peccat; quia non constituit amicum suæ celebrationis finem, sed est causa secundaria; ergo similiter in nostro casu. Pro qua doctrina citat ibi Sanchez plures Auctores, & n. sequenti.

Hinc, inquit, infertur, communiter excusari à veniali, contrahentes Matrimonium ob fines indifferentes, Matrimonio extraneos; quia communiter non eligunt ut fines, sed ut rationem applicationis ad Matrimonium, vel ad Matrimonium cum tali, & manet finis matrimonii debitus, etiam si de illo nihil cogit: quia eo ipso, quòd Matrimonium contrahere intendunt, nisi finem debitum expressè excludant, illum virtute & implicitè intendunt. Hæc ille. Quæ est ipsissima doctrina Pontii, ut ad oculum patet, & doctrina communissima.

103. Quod ergo hic controvertitur est; an possit, contrahens Matrimonium, intendere fines indifferentes & per se bonos, extraneos tamen, tanquam fines principales; procreationem autem proli, & remedium concupiscentiæ, tanquam fines secundarios. Negat id Sanchez suprâ. n. 21. & Multi alii cum ipso, qui ibi citantur. Probatur esse peccatû, quia inordinatio est, rem à proprio fine extrahere, & uti Sacramento ad finem, ad quem nõ est institutum. Quòd autem sit tantum veniale, probatur; nam, stante hoc fine, servatur substantia, & rectus ordo ad finem principalem: nam qui sic contrahit, non constituit finem illum extraneum in eo conjugio absolutè, sed in conjugio tali; semper enim manet conjugium ordinatum ad suum finem, qui est mutua corporum potestas ad actum conjugalem, ob sobolem procreandam. Hæc ille.

Sed contrà: si stante fine indifferente servatur substantia, & rectus ordo ad finem principalem, quæ hic inordinatio? An fortè cum recto ordine stare potest inversus ordo? Aut res à proprio fine extrahitur, quando servatur rectus ordo ad finem principalem?

Dico ergo; in casu proposito non extrahitur rem à proprio fine, nam manet conjugium, & Sacramentum ordinatum ad suum finem; conjugium ad mutua corporum potestatem ad actum conjugalem, ob sobolem procreandam; Sacramentum autem ad sanctificationem conjugum; sed tantum superadditur aliquis finis, ad quem res illa per se non est ordinata, ordinabilis tamen per operantem; quod non videtur malum, quando finis ille non est malus, tamen si etiam hic finis principaliter ab operante intendatur.

Sic quippe actum virtutis nobilioris, v. g. charitatis aut religionis, possumus imperare principaliter ex motivo virtutis inferioris, v. g. castitatis; utputà, possum fundere preces, aut facere Sacrum, vel pro me curari fieri, ut obtineam castitatem; & ex affectu castitatis possum orare, aut offerre Sacrificium, etiam si principaliter propter hunc finem faciam, qui tamen est minus honesta virtus quàm religio, & finis tantum extrinsecus operis seu finis operantis, cum tamen religio sit magis intrinsecus finis, scilicet finis operis, seu ad quem illud opus per se ordinatur.

Et quis rectè dixerit; me idè malè & inordinate operari, & non potiùs honestè & secundum rationem? Ordino enim opus ad id, ad quod, tanquam ad honestum finem, potest ordinari. Ac aliunde non potest ostendi obligatio, operandi propter præstantiorem finem; sufficit enim propter bonum finem operari, etiam si non sit melior; aut omnium optimus.

106. Nonne, secundum Sanchez lib. 2. disp. 28. n. 4. contractus Matrimonii intrinsecè ordinatur ad copulam? Planè; & tamen quis dixerit B. Virginem peccasse, quia contraxit Matrimonium sine expresso ordine ad copulam; immo cum exclusione copulæ? Ergo non est necesse intendere omnem finem intrinsecum Matrimonii, neque principalem; cum copula sit finis principalis, mutua autem obsequia solum finis secundarius, quem tamen B. Virgo præposuit, absque peccato, fini principali.

107. Neque contrarium, uspiam docuit Sanchez, quem tamen de hoc videtur arguere velle. Dicastillo hic disp. 2. n. 313. ubi sic lego: Tandem docet Sanchez lib. 2. disp. 29. n. 29. Si contrahentes expressè conditione excludant Matrimonii fines proprios, lethali ter peccare. Quæ doctrina si intelligatur de Matrimonio ut Sacramento verissima est, & jam diximus, finem gratiæ non

104. Arguitur pro parte affirmativa.

105. Actum virtutis nobilioris possum imperare principaliter ex motivo virtutis inferioris.

106. Potest Matrimonium contrahi cum exclusione copulæ.

107. Contrarium non docuit Sanchez, ut perperam putat Dicast.

non posse positivè excludi, absque peccato. Si verò loquatur de finibus intrinsecis, primariò & secundariò, scilicet prolis generatione, & remedio libidinis, non semper est verum; fieri enim potest Matrimonium, cum expresso pacto nunquam utendi, quale putatur fuisse Matrimonium B. Virginis; ac proinde potuit contrahere, & contraxit, excludendo intentionem generandi prolem ex suo conjugè, & utendi tali Matrimonio in remedium libidinis, quo remedio neque indiguit, neque uti voluit, nec potuit: ergo tales fines positivè excludere, non est ex se ullum peccatum. Hæc ille.

108. Sanchez loquitur de Matrimonio, quod contrahitur in ordine ad copulam.

Qui si totam illam disputationem legisset, non potuisset dubitare de intellectu sano & verò illius doctrinæ Sanchii. Legisset quippe n. 20. Sit tamen 1. Conclus. Quando Matrimonium non contrahitur ratione actus, scilicet copulæ conjugalis, tunc licitè contrahitur, quàmvis non intendatur soboles, nec concupiscentiæ remedium, ut contingit in Matrimonio B. V. Probatur; quia licet Matrimonii in ordine ad actum sit finis soboles & remedium concupiscentiæ; at secluso actu, & ut quidam contractus est, finis ejus proximus est mutua animorum conjunctio; & ut est Sacramentum, finis est ipsa conjugum sanctificatio; ergo dum non intenditur copula, licitum est ob alios duos fines contrahere.

Deinde n. 21. hanc ponit Sanchez 2. Conclus. Dum Matrimonium ordinatur ad copulam est peccatum veniale, si non principaliter ordinatur ad sobolem, vel remedium concupiscentiæ.

Si hæc legisset Dicastillo, putas, potuisset dubitare, de quo Matrimonio loquatur n. 29. Ultima Conclus. Si contrahentes expressâ conditione excludant Matrimonii fines, peccant lethaliter, quia sacrilegium est gravis injuriæ, Sacramentis illatæ, expressè excludere finem, ad quem instituta sunt? Et verò quis, nisi cæcus, non videt, ipsum loqui de Matrimonio, quod ordinatur ad copulam? Vel si de omni Matrimonio, per fines non intelligere tantum prolis generationem & remedium concupiscentiæ, sed etiam mutua animorum conjunctionem, & conjugum sanctificationem?

109. Quales ducenda sint uxores etc. S. Chrysost.

Sed concludamus hæc omnia (inquit Pontius supra n. 14.) eleganti testimonio Chrysof. Tom. 6. Homil. Quales ducenda sint uxores, ex quo constabit, & non esse peccatum contrahere ad vitandam fornicationem, & quomodo & quando vitium sit, contrahere ob divitias & pulchritudinem; tunc scilicet, cum nihil aliud in uxore spectatur, sed alia uxoris potiora bona postponuntur, quod procul dubio immoderatum est. Sic igitur habet columna mihi 19. Ante omnia

disce, quænam fuerit causa conjugii, & quæ mobrem in communem vitam introducitur, nec quidquam requirit amplius. Quæ igitur fuit causa conjugii, & cur illud datum est divitiis? Audi Paulum dicentem: Ad vitandas autem fornicationes, quisque suam uxorem habeat. Non dixit. Ut evitetur paupertas, & parentur divitiæ, sed quid? Ut fornicationem evitemus, ut moderemus concupiscentiam, ut vivamus sobriè, ut Deo placeamus, contenti uxore propriâ, hoc nobis affert conjugium, hæc fructus, hoc inde lucrum est.

Cave igitur omnes pauciores (puto debere esse, Melioribus) secleris quæ minoris sunt præ. Mens enim sobria longè præstat divitiis. Hæc enim in conjugio spectandum est, maxime ut peccatum effugiamus, & immunes simus à fornicationibus, in hoc querendæ sunt nuptiæ, ut ad vitam pudicè degendam nos adjuvent. Quod demum futurum est, si talis sponsa conjugii, cujus reverentia nos ad temperantiam & pietatem redigat. Corporis enim pulchritudo, nisi conjunctam habeat virtutem animi, poterit quidem maritum usque ad decem aut viginti, virginæve dies capere, sed eandem vim quæ obnebit ulterius, quod incensivum illud amoris exnescat detectâ malitiâ. At quæ animi pulchritudine, quò magis temporis processu generositate suam approbant, acriter famulurunt maritorum pectora. Hoc pacto ubi fornicatio & germana innascitur benevolentia, omne proprii genus exulat, & sic amanti uxorem, merito mentem quidem venit voluptas, nisi legitime in manenti amoribus propriis, & per pudicitiam captanti favorem celestis numinis, cujus respiciis & benevolentia inter conjuges sit propria & facilius administraret res domestica. In refert Pontius supra.

Sed opus D. Chrysof. quo ego utor, non constat nisi 5. romis in quibus hæc Homilia non reperitur; & idèd propriis oculis non potui eam inspicere. Interim hoc tantum salvo meliori, colligitur ex illis verbis, quæ licet contrahere Matrimonium ad vitandam fornicationem, quod nullus unquam negavit; dummodò principaliter intendatur generatio prolis, cujus ibi non mentitur Chrysofomus; quia supponebat illud finem, tanquam principalem, per se factum manifestum; neque necesse est, ut omnes ubique referantur.

Quidquid sit de speculatione in hac materia; in praxi omnino dissuadenda est intentio voluptatis, nisi tanquam medium referatur ad finem generationis. Verum quædam est, ut notat Janenius lib. 2. de Statu mentis lapsæ cap. 23. in principio, virtutum passionibus excessivas fugere, mediocres admittere, nimirum quia ipsa virtus est, quæ modum in passionibus ponit & eas ordinat; hoc tamen non in eo fitum est, ut propter se voluptas

Voluptas est propter concubitum, non concubitus propter voluptatem, ex Iansenio.

ex cibo & potu, vel uxore appetatur: verum ut affectibus animi imponatur frænum & modus, ne rationem suo impetu transverfam agant, sed potius rationis ordinem sequantur. Hoc est, ut quantum, ubi, quando, quomodo oportet interiùs appetatur, & exteriùs usurpetur.

Hoc autem ex fine metiendum est. Nam quemadmodum juxta S. Dionysium lib. de Divinis nominibus c. 4. *Anima malum est præter rationem*: ita bonum ejus secundum rationem. Præcipuus autem ordo & bonum rationis in eo situm est, ut media ad finem ordinet, cum & bonum habeat rationem finis, & finis sit tota ratio mediorem. Omnia verò delectabilia, sive gustûs, sive tactûs, ordinantur ad aliquam hujus vitæ necessitatem, sicut ad finem; cibus & potus ad individui, concubitus ad speciei ruinas restaurandas. Et idè virtus, quæ circa voluptates illas moderandas versatur, necessitatem vitæ, velut regulam delectabilium istorum respicit. Nimirum ut quemadmodum nihil istorum propter se institutum est, ita nihil istorum per se, & propter se, homo sibi appetendum vel admittendum putet: sed dumtaxat quantum finis iste postulat.

Quod præclare paucis verbis, sed valde generalibus, pro quocumque rerum temporalium usu moderato, Augustinus aperuit, lib. de Morib. Eccl. c. 21. *Habet vir temperans in hujusmodi rebus mortalibus & fluentibus, vitæ regulam utroque Testamento firmatam, ut eorum nihil diligat, nihil per se appetendum putet: sed ad vitæ hujus atque officiorum necessitatem, quantum satis est, usurpet, utentis modestiâ, non amantis affectu.* Ecce modum, quem temperantia imponit passionibus, nempe talem, ut nec ipsa passio appetendi talia propter talia relaxari debeat, sed tantummodò propter vitæ & officiorum necessitatem, sicut recta ratio, vera moderandarum passionum norma, præscribit.

Itaque Matrimonium licitum est, ac proindè licitus concubitus, immò licita voluptas carnis, quæ ex illo concubitu naturaliter sequitur, & ad illum, ut supra dixi, ordinata est; ergo licitum est illam voluptatem appetere propter seipsam, licitum est Matrimonium & concubitus propter illam voluptatem, Neg. Conseq. Pervertitur enim hic ordo naturalis, externâ lege præscriptis, quæ jubet, ut neque Matrimonium, neque concubitus ad libidines carnis voluptate fatiandas, sed ad proles ordinatâ societate propagandas appetatur.

Infallibilis enim (inquit Iansen. supra) legis æternæ est sententia SS. Doctoris (August. lib. de Bono conjugali c. 9.) ore, de hac ipla cibi, potûs, & conjugii appetitione pronuntiat. *His bonis, quæ propter alia necessaria sunt, qui non ad hoc, propter quod instituta sunt, utitur, pec-*

cat aliâs venialiter, aliâs damnabiliter. Jam verò non solum concubitus propter prolem, sed & ipsa voluptas ejus propter concubitus, non concubitus propter voluptatem, sicut & sapor propter cibum institutus est; nimirum ne fortè sensus animantis, asperitate concubitus, aut cibi & potûs offensus, res, toti generi, & individuo fulciendo necessarias, abhorreret. Hunc ordinem naturæ turbat, qui voluptatibus carnis ex illarum rerum usu venandis inhiat, nec illis uti, sed abuti vel potius frui velle convincitur; & ita alium longè subliorem utendi & fruendi perturbat ordinem, quem lex æterna conservari jubet, perturbari vetat. Hæc ille.

Ego ad alia pergo, & quæro; an ut Matrimonium sit licitum, præter intentionem debiti finis, aliud quidpiam requiratur? Respon- sio erit

CONCLUSIO III.

Valet Matrimonium initum sine consensu Parentum; immò licet ex justa causâ.

DE prima parte nullus Catholicus potest dubitare post Conc. Trident. sess. 24. in Decreto de Refor. Matr. c. 1. quod sic incipit: *Tamen si dubitandum non est, clandestina Matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, & proinde jure dammandi sint illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant; quique falso affirmant, Matrimonia à filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse.*

Deindè certum est, multo etiam tempore ante Trident. ejusmodi Matrimonia valuisse; neque enim de re aliqua nova loquitur ibi Concil. sed quasi de re antiquissima, nam verbis mox allegatis continuò subjungit: *Nihilominus sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis: illa semper desolata est, atque prohibuit, quamquam alioquin rata, & vera essent Matrimonia.*

Profectò tempore Nicolai primi valuisse, satis manifestat ejus Responsum 3. ad Consulta Bulgarorum, sequentis tenoris: *Consuetudinem, quam Græcos in nuptialibus contuberniis habere dicitis, commemorare, prolixitatem styli vitantes, carptim morem, quem S. Rom. suscipit antiquitus & hæcenus in hujusmodi conjunctionibus tenet Ecclesia, vobis monstrare studebimus. Nosstrates siquidem, tam mares, quam feminae, non ligaturam auream vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia fœdera contrahunt in capitibus deserunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa fœdera, quæque con-*

133. Valent Matrimonia abique consensu parentum, ex Trid.

114. Valebant tempore Nicol. 1. ex Resp. 3. ad Consulta Bulgarorum.

D. Dionys. In qua rem...

111. Quem me...

112. Ang.

sensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur, & postquam arbitri sponsam sibi sponsus per digitum fidei a se annulo insignitum desponderit, dotemque utriusque placitam sponsus ei cum scripto, pactum hoc continente, coram invitatis ab utraque parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum, tale quid fieri præsumatur) ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primum quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, statuntur, sicque demum benedictionem & velamen cœlestis suscipiunt, ad exemplum videlicet quos Dominus primos homines, in paradiso collocans, benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini &c. Siquidem & Tobias, antequam conjugem convenisset, oratione cum ea Dominum orasse describitur. Verumtamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat. Post hæc autem de Ecclesia egressi coronas in capitis gestant, quæ semper in Ecclesia ipsa sunt solite reservari. Et ita festis nuptialibus celebratis, ad ducendam individuam vitam Domino disponente de cætero diriguntur. Hæc sunt jura nuptiarum; hæc sunt, præter alia, quæ nunc ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum solemnia: peccatum autem esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Græcos vos astruere diceitis, præsertim cum tanta soleat arctare quosdam rerum inopia, ut ad hæc præparanda nullum his suffragetur auxilium, ac per hoc sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus, si solus in nuptiis fortè defuerit, cætera omnia, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur, Joanne Chrysostomo magno Doctore testante, qui ait (Homil. 31. in Matth.) Matrimonium non facit coitus sed voluntas. Hæcenus Pontifex.

115.
Expenduntur
verba
Pontificis.

Ubi ly, Solus eorum consensus, non tantum excludit coitum, quasi dicat, non esse necessarium coitum, sed consensum (ut vult Duenus apud Pontium lib. 2. c. 1. n. 3.) sed excludit totam solemnitatem nuptiarum; & per consequens consensum eorum, in quorum potestate sunt conjuges, cujus ibi meminit Nicolaus, dum agit de Sponsalibus, excludit, inquam, ab essentia Matrimonii, si ve à necessariis ad valorem Matrimonii.

Et ita docet Gloss. in cap. Cum causa, 6. de Raptoribus, ubi sic ait Lucius 3. Cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nil ante de nuptiis agitur: iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum, & prius eam desponsaverit, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuisse. Ubi Gloss. verb. Reclamarent: Talis reclamatio non impedit Matrimonium, quia solo consensu contrahitur, 27. q. 1. Sufficiat, quod est desumptum ex hoc Responso Nicolai. Et alia Gloss. in cap. Sufficiat, jam citatum, verb.

Solus, sic ait: Sed hæc dictio, Solus, non excludit consensum parentum: immò tantum alias solemnitates, quæ sunt circa Matrimonium, & solus eorum consensus est causa effectiva Matrimonii, & ideo non sunt contrariae leges ille C. de Nuptiis, Nec filium, ff. de Ritu Nupt. Nuptiæ, quæ dicunt, quod in Matrimonio requiritur consensus parentum. Sed dic, quod requiritur ex honestate, non ex necessitate, 30. q. 5. Nos trates, quod est etiam desumptum ex hoc Resp. Nicolai.

Patet id etiam ex contextu verborum, quem propterea totum volui hic exhibere, & præterea ut ostenderem, solum consensum eorum, de quorum conjunctionibus agitur, sufficientem fuisse, non tantum à tempore Nicolai primi; sed à principio Ecclesiæ, ut patet ex illis verbis: Carpiam morem, quem S. Rom. suscepit antiquitus, & hæcenus in hujusmodi conjunctionibus tenet Ecclesia, vobis monstrare studebimus. Quod est contra Pontium supra n. 5. ubi docet Matrimonia filii familias, sine parentum consensu, fuisse in primis Ecclesiæ temporibus jure Ecclesiastico.

Hoc autem jus Ecclesiasticum ipse colligit ex verbis Evaristi Papæ, Epist. 1. Significat custoditum & traditum habemus, ut nuptiarum viro jungatur. Aliiter enim legitimum à Patribus accepimus, & à SS. Apostolis, eorumque Successoribus traditum invenimus non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus aut propinquiorebus sponsetur, & legibus docetur, suo tempore sacerdotialiter (ut mos est) cum oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paronymphis (ut consuetudo docet) custodiantur & consociata à proximis, tempore congruo legitur detur, & solemniter accipiatur, & hinc vel triduo orationibus vacent, & castitatem studiant, ut bonæ soboles generentur, & Domino in actibus suis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hæreditabiles generabunt.

Quapropter filii charissimi & merito illius fide Catholica suffragante, ita peracta, legitime scitote esse conjugia. Aliiter vero præsumpta conjugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra vel fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitate, nisi (vel, ut legit Pontius supra ex vetusto codice Antioch. Contii, etiam si) voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Nam preceptus divinus est, præcepta divina custodire. Et quoque deserre, præsumptionem fieri, nulli dubium est. Cur ergo indignum est, unitatem Ecclesiæ custodire? Idemque omnes pariter & sentiamus, & pronuntiemus. Si enim aliter præsumpta fuerint, produnt profectò ipsi transgressores, singulos; qui semetipsos decipiunt. Hæc cum ceteris recitanda per omnes Ecclesias Africanas scripta dirigite, & istis connectite, quas adjunximus.

ter as Præfectorum, ut de his, que inique laudantur (si quid tale probare poterit) iudicium fiat, & inhibita coercantur, & præterita mala, & illicita conjugia, si doceantur admissa, debita severitate corripiantur. Hactenus Pontifex.

Quid illo testimonio clarius? Inquit Pontifex supra. Apertè dicit, conjugium non legitime contractum, & sine parentum consensu, esse stuprum, contubernium, fornicationem; additque, id ita esse, etiam si voluntas contrahentis adfuerit. Quàmvis enim

Gratianus in sua Decretorum collectione cap. Aliter, 30. q. 5. & in Decretalibus Pontificiis nunc excusis habeatur: Nisi voluntas propria suffragata fuerit; attamen idè ab illis, Etiam si, mutatum est in, Nisi, quia absurdam sententiam illo Decreto contineri existimabant, cum eadem sententia plurimis aliis testimoniis roboretur, quæ statim adducam. Quare merito ex versto Codice Antiquo Contius legit, Etiam si voluntas propria suffragaverit, eaque lectio probanda & retinenda. Nam si ita scripsit Evaristus, ut in vulgari Codicibus nunc legitur, quid opus tot verbis exaggerasse voluntatem parentum, eamque solemnitatem in nuptiis filiorum desiderari, si eorum sola tandem voluntas sufficeret, ut à Gratiano refertur? Hæc ille.

Qui si legisset Mag. 4. dist. 28. §. 2. festinè cognovisset, quid opus fuerit, tot verbis exaggerasse voluntatem parentum, eamque solemnitatem in nuptiis filiorum desiderari. Sic ergo explicat Mag. hæc verba: Nisi voluntas propria suffragata fuerit &c. Sine his ergo (conlentu parentum, & aliis solemnitatibus) non quasi legitimi conjuges, sed quasi adulteri & fornicatores conveniunt, ut illi, qui clanculo nubunt, & utique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas, verbis expressa de præsentibus, que legitimum inter eos facit Matrimonium. Nam & consensus occultus de præsentibus, per verba expressus, conjugium facit; licet non sit ibi honestus contractus, sed Matrimonium non sanxit consensus, qui in occulto fuit. Si enim aliter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesie redire, & commanere quasi cum conjuge; quia non potest probari testibus contractus, qui in occulto est factus. Quid si ipsi, qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntariè in manifesto profiteantur? Tunc utique propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sancendum conjugium, quod prius occultè fuerat contractum. Voluntas ergo, verbis expressa in occulto, ad hoc suffragatur, ut fiat conjugium: manifestè vero expressa suffragatur, ut sanciat & roboret, ac liberum sit Ecclesie de hoc iudicare, si expedierit. Hæc ille.

Itaque non sola eorum voluntas sufficit, ut ab Ecclesia præsumatur verum Matrimonium; sed requiritur manifesta confessio illius voluntatis, ita ut de ea possit constare per le-

gitimos testes; alioquin Ecclesia præsumit fornicationem aut adulterium, & filios illegitimos seu spurios. Et hoc est, quod notat bene Gloss. cap. Aliter, 30. q. 5. verb. Legitima, dicens: Non præiudicarent alii Matrimonio per eorum confessionem, ext. de eo qui cogit consang. Super eo. Id est, si altera pars contraxisset Matrimonium, per hoc, quod ambo confiterentur priorem voluntatem de presenti, nisi aliunde posset illa voluntas probari, Ecclesia non rescinderet secundum Matrimonium, seu non iudicaret illud in foro externo invalidum.

Sic ergo in principio Ecclesie illæ ceremoniæ requisitæ fuerunt, non ad valorem Matrimonii, sed ad honestatem ejus, & ut Ecclesie posset de eo constare per legitima testimonia, tum parentum sponse consentientium, tum paranympthorum contudentium, tum etiam Sacerdotum benedicientium. Dico: Parentum sponse; quia parentum sponsi ibi nulla fit mentio, ut patet ex verbis supra relatis; quamquam ferè sit eadem ratio, nisi quod filiabus tamquam inferioris sexus & imbecillioris iudicii, magisque verecundis, magis sit necessaria cura parentum, & bonum consilium, juxta illud Ambrosii lib. de Abraham c. ult. & refertur 32. q. 2. c. 13. Honorantur parentes Rebecca muneribus, consultatur puella, non de sponsalibus (illa enim iudicium expectat parentum, non est enim virginalis pudoris eligere maritum) sed jam desponsata viro &c. Et intrà: Mulier etiam si qua, amisso cudo marito, adolescentula laqueum infirmitatis suæ timeret incidere, si vult nubat tamen in Domino: ut electionem mariti parentibus deferat, ne appetentia procacioris existimetur auctori, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet.

Quod etiam testimonium Ambrosii Pontifex supra n. 11. adducit pro sua sententia, quasi tempore illius Doct. in Italia Matrimonium aliter contractum fuisset invalidum. Ut & illud Leonis I. Epist. 92. & habetur cap. 12. ead. Paterno arbitrio viris junctæ, ea- rent culpa, si mulieres, que à viris habebantur, in Matrimonio non fuerunt, quia aliud est uxor, aliud concubina.

Sed quomodo ex his duobus testimoniis probetur invaliditas Matrimonii, aliter contracti, nullatenus possum videre; quippe ut habetur cap. Ad Apostolicam, 16. de Reg. Multa fieri prohibentur, que si facta fuerint, obimant roboris firmitatem. Hæc ergo jura ad summum probant, hujusmodi Matrimonia esse illicita. Et ita ea vocat Evaristus supra in fine ibi: Ut in his que inique laudantur (si quid tale probari poterit) iudicium fiat & inhibita coercantur & præterita mala, & illicita conjugia, si doceantur admissa, debita severitate corripiantur. Non ait: Invalida, sed, Illicita, quæ oppidò sunt diversa; quamvis enim om-

ritur mani-
festa profes-
sio voluntatis

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

338.

339.

340.

341.

342.

343.

344.

345.

346.

347.

348.

349.

350.

351.

352.

353.

354.

355.

356.

357.

358.

359.

360.

361.

362.

363.

364.

365.

366.

367.

368.

369.

370.

371.

372.

373.

374.

375.

376.

377.

378.

379.

380.

381.

nia invalida, etiam sint illicita, tamen quamplurima Matrimonia sunt illicita, & merito debita severitate corripiuntur, quamvis non sint invalida.

123.
Explicatio
decreti Evaristi
ex Bellarmino

Igitur neque Ambrosius, neque Leo favent Hæreticis, qui contendunt adhuc hodie requiri consensum parentum ad valorem Matrimonii. Sed neque Evaristus, cujus Decretum sic explicat Bellarminus. lib. 1. de Matr. c. 20. Multas condiciones requirit, ut Matrimonia censeantur legitima, quarum conditionum nonnullæ Adversariis nullo modo placere possunt. Quare hoc Decretum non minus cum Adversariis, quam nobiscum pugnat, requirit enim inter cætera, ut uxor cum precibus & oblationibus (id est, cum sacrificio Missæ) à Sacerdote benedicatur: item, ut conjuges biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. Quæ conditiones, si necessariæ sunt, ut conjugia legitima sint, nulla erunt inter Lutheranos legitima conjugia; neque enim oblationem Deo pro nuptiis offerunt, neque biduo vel triduo continentiam servant.

Præterea; multæ ex illis conditionibus, ita sunt extrinsecæ & accidentariæ, ut stultum sit credere, sine illis conjugium irritum esse: quales sunt, ut uxorem paranymphe custodiant, ut propinqui comitentur, ut ea legitime dotetur, & solemniter accipiatur &c. Quare cogimur docere, Evaristum non voluisse significare, eas omnes condiciones esse necessarias, ita ut si una vel altera desit, irritum sit Matrimonium; sed ita legitimum esse conjugium, si illa omnia adint, ut à contrario, si nulla earum adsit, & conjugium occultè sine testibus, & sine ulla celebratione contrahatur, legitimum haberi non possit, non quidem in conscientia, sed in foro externo & apud Ecclesiam, quæ non judicat de occultis. Hæc ille, & communiter omnes Scholastici.

124.
Arguitur
contra sententiam
Pontii.

Hercule si vera est sententia Pontii, ostendat ipse nobis, ubi universalis Ecclesia ante Trident. istam irritationem revocaverit. Et verò quâ ratione revocasset? Traditio erat Apostolorum, eorumque Successorum, apprimè utilis, immo quodammodo necessaria ut patet ex Trident. supra, ubi irritat Matrimonia clandestina, utpote ex quibus gravissima peccata ortum habeant.

Trident.

Miror etiam, nusquam Trident. meminisse illius Decreti Evaristi, quando irritat Matrimonia clandestina, sicut meminit Conc. Lateranensis sub Innoc. 3. celebrati, cujus vestigiis inherendo præcipit, ut impostum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis festivis diebus, in Ecclesia inter Missarum solemniam publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

Interim Conc. Colonienſe sub Paulo III. videtur intellexiſſe Decretum Evaristi, tanquam irritans pro illo tempore; quippe par. 7. c. 43. sic ait: *Oportendum, ut Canon Evaristi Pontificis à generali Conc. renovetur, tollanturque illa clandestina Matrimonia, quæ inter parentes & propinquis, timore procreantur, quam Dei causâ contrahuntur.* Interim verò dum Ecclesia de hoc prospicit, si non irrita, prohibita saltem sint. Inquiri ergo, inquit Pontius supra n. 6. quid statuit Canon Evaristi? Si enim prohibuit solum clandestina conjugia, & sine parentum celebrata confectu, cur optat Concil. ut renovetur ille Canon, cum ab Evaristi ad nostri usque tempora numeræ extiterint leges, quibus prohibita Matrimonia clandestina? Igitur Canon ille Evaristi, quem renovare cupit Conc. Colonienſe, irritabat sine dubio ejusmodi conjugia. Hæc ille.

Sed hoc Concilium provinciale, non est apud me tantæ auctoritatis, ut ejus sententiam judicem præferendum sensui omnium fere Scholasticorum. Sentio itaque, Decretum illud Evaristi, nunquam ab universalis Ecclesie receptum fuisse, tanquam irritans. Quod quidem fit de Provinciis particularibus, de quibus sic ait Pontius supra n. 8. Eandem Constitutionem usu receptam per multa sæcula in Ecclesia apud nonnullas Provincias, dubitare non potest, qui aliquam juris Ecclesiastici cognitionem habuerit. Tertullianus Africanus ipse lib. 2. ad uxorem c. 5. Unde suffraganeus enarrandam felicitatem ejus Matrimonii, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio (id est, sacrificium) & obsequium Angelis (id est, sacerdotes) renuntiant, Pater celestis ratum habet. Nam neque in terris sine consensu parentum sit rectè & jure nubent.

Sed & apud Græcos (prosequitur idem doctor n. 9.) Basilii tempore eam legem tribuisti, dignosci potest ex ejus Epist. ad theophilochium can. 38. *Puellis, quæ præter triduum sententiam fornicatores secute sunt, reconciliatis parentibus, videtur res remedium accipere, sed non protinus ad communionem restituantur, sed triennio punientur.* Quæ autem Basiliius habet can. 42. ejusdem Epist. ejusmodi sententiam explicabunt: *Quæ sine iis, qui libenter potestatem, sunt Matrimonia, sunt fornicationes. Nec ergo vivente patre, nec Domino, qui conveniunt sunt ab accusatione liberi, donec conjugio domini annuerint: tunc enim accipiunt puritatem conjugium.* Hæc Basiliius, inquit Pontius.

Prorsus hæc Basiliius; sed commode intelligenda de Matrimoniis clandestinis, quæ in foro externo nequeunt sufficienter probari, & ideo censentur fornicationes; unde & illi qui sic conveniunt, non sunt liberi ab accusatione, donec per consensum domini, aut

aliàs legitime, juxta Decretum Evaristi, Ecclesie constituitur de propria voluntate contractum, quo facto, accipit firmitatem conjugium, ita ut judicio Ecclesie non possint amplius separari, sed cogantur commanere.

Cui hæc explicatio displicet, dicat cum Pontio, isto tempore apud Græcos non valuisse Matrimonia, absque consensu parentum, aut dominorum; non vi Decreti Evaristi, sed ex speciali Constitutione illius Ecclesie, quæ poterat constituere impedimenta dirimentia Matrimonium, antequam Ecclesia Rom. reservasset sibi eam potestatem.

129. *Item verba Tertulliani.* Quantum ad verba Tertulliani, hæc aliud non significant, quam filios illicitè nubere absque consensu parentum; ergo etiam invalidè, Neg. Conseq. juxta antea dicta ex cap. Ad Apostolicam de Regul. Sanè omne illud, quod fit contra jus prohibens tantum & non irritans, non fit rectè & jure, ut patet; nihil autem aliud significant illa verba Tertulliani, quam tale Matrimonium non fieri rectè & jure; de invaliditate autem nulla fit ibi mentio.

130. *Exponitur in hunc modum Pontii.* Aliud testimonium adducit pro se Pontius supra n. 11. Hormisdæ Papæ, quod refertur 31. q. 2. c. 2. & sic sonat: *Tua Sanctitas nos requisivit, frater venerande, de filio adulto, quem pater Matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum discerni potest, pater eum, cui vult, in Matrimonium tradere: & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omninò observare & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, sancitum à nobis, tenendum mandamus.*

Hæc habet (inquit Pontius) Hormisdas in Epist. ad Eusebium, & habentur etiam cap. 1. de Despons. impub. sed Glossa non distinguens ea, quæ recentiori jure, & quæ antiquo constituta sunt, illud, *Observare & adimplere debet*, de debito honestatis interpretatur, non necessitatis. Sed non admittunt hanc interpretationem illa textus verba: *Omninò debet adimplere*, quæ non consilium, sed præceptum denotant. Item illa postrema: *Hæc omnibus orthodoxæ fidei sancimus, & tenenda mandamus.* Ita legit Pontius; sed mendosè, ut patet ex ipsissimis verbis juris, supra à nobis relatis ex causa 31. q. 2.

131. *Exponitur.* Quod addo: quia c. 1. de Despons. impub. ultima illa verba sunt ommissa, & solum dicitur: *Omninò debet hoc adimplere.* Sed, sive hoc modo, sive isto modo legatur, & sive addantur ista ultima verba, sive omittantur, perinde est ad propositum casum. Nam in primis hæc verba: *Omninò adimplere debet*, commodè intelligi possunt de consilio, & non de præcepto strictè dicto, sive de debito hone-

statis, ut intelligit Glossa, & non necessitatis, ut sensus sit; omninò congruum est & conveniens hoc observare & adimplere, quod à patre pro filio factum fuit.

Porro ad ista postrema verba. *Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, sancitum à nobis, tenendum mandamus.* Respondeo: ea conformiter intelligenda ad illa, quæ ibi à Pontifice sancita sunt, ut quod sancitum est, tanquam necessarium, etiam ut tale teneatur, & quod solum ut honestum, etiam solum ut tale teneatur.

Tria itaque ibi à Pontifice sancuntur, in primis, si aliquo modo non consentit filius adultus, non posse contrahi Matrimonium, tamen si pater velit eum contrahere, quod est absolutè necessarium; & idè tanquam præceptum, ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus tenendum. Secundò; patrem posse filium non adultum, cujus voluntas nondum discerni potest tradere in Matrimonium cui vult, id est, potest pro eo contrahere sponsalia; nam contractus Matrimonii de præsentibus requirit perfectam ætatem. Et hoc etiam necessitatis est; & idè tanquam necessarium tenendum ab omnibus orthodoxæ Fidei cultoribus. Tertium est; filium, postquam pervenit ad perfectam ætatem, debere contrahere Matrimonium cum sponsa sibi ante perfectam ætatem à patre tradita; & hoc solum est honestatis; & idè solum ut honestum, ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus tenendum.

Confirmatur hæc expositio ex cap. Exiit, 3. de Verb. signif. in 6. ubi Pontifex Nicolaus 3. sic ait: *Et dato, quòd absolutè diceretur: Omninò promitto sanctum Evangelium observare. clarè videtur, promissionem hujusmodi ad alium intellectum, absque intentione promittentis, non debere perstringi, nisi ut observantia Evangelii sic, sicut tradita reperitur à Christo, videlicet quòd præcepta ut præcepta, & consilia ut consilia à promittentibus observentur.* Ergo similiter, quando Pontifex in cap. *Tua fraternitas*, dicit: *Hoc ab omnibus &c.* non aliud intendit, quam quòd præcepta ut præcepta, & consilia ut consilia ab omnibus observentur.

Atque ut etiam esset præceptum filio, accipere conjugem, sibi à patre traditam, nunquid indè bene inferitur; ergo si accipit aliquam contra voluntatem patris, Matrimonium est invalidum? Nemo non videt, qui oculos habet apertos ad videndum, illam Consequentiam nullatenus valere; cum oppositò diversa sint, Matrimonium esse illicitum, & esse invalidum.

134. *Alia expositio verbo Pontif. ex Vasquez.* Alii aliter explicant hæc verba: *Et postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omninò debet hoc adimplere.* Ego (inquit Vasquez) hic disp. 4. cap. 2. n. 25. censeo, idem esse in eo textu illud, *Adimplere*, ac si diceret Pontifex, impleturus est, quod promisit, non ante

132. *Tria sancuntur ibi à Pontifice.*

133. *Confirmatur expositio ex c. 3. de Verb. signif.*

Dei verba sunt quod dicitur

134. *Alia expositio verbo Pontif. ex Vasquez.*

ante legitimam ætatem, sed in perfecta; hoc enim modo loquendi in vulgari non raro utimur: adverbium autem, *Omnino*, non denotat necessitatem, & obligationem aut præceptum id faciendi, quasi aliud fieri non possit: sed significat tunc demum illud adimplendum esse, quod pater nomine filii fecit, non ante ullo modo. Hæc ille.

135. Tertia ex Dicast.

At verò Dicastillo hic disp. 4. dub. 16. n. 161. Illa, inquit, particula, *Debet*, non est vox sonans obligationem, etiam ex honestate; sed significat idem quod *Requiritur*, aut, *Necesse est*; quâ ratione, si aliquis alterius nomine faciat pactum, vel acceptet pro eo aliquam promissionem, solemus dicere, ut tale pactum valeat, debet is, ad quem pertinet, implere acceptando, aut ratum habendo; non quia fit obligatio ita faciendi, sed quia ita requiritur ad valorem. At ergo Pontifex, id quod fecit pater, spondendo pro filio, non valere, nisi filius adimpleat, id est, nisi det complementum contractui, alioquin non valido, & ut valeat, debet filius adimplere; hoc autem non probat obligari filium, sed necesse esse ad valorem, ut consentiat filius, & suo consensu adimpleat, quod deerat, ut contractus valeat.

Itaque uno verbo: non dicit Pontifex, filium debere implere rem, quam pater promissit, sed debere promissionem, quæ non erat plena, id est, plene perfecta, perficere, ut valeat promissio, alioquin non valitura; & illa particula, *Omnino*, quâ usus est Honorius, significat, contractum, antequam filius illum compleat, non esse omnino adimpletum, sed ab illo debere adimpleri, quod deest, ut vim habeat ratificandi illud. Unde Gloss. ibi dixit: *Debet factum patris ratum habere, si sibi placuerit, sed non compellitur.* Hucusque Dicastillo.

136. Referuntur verba Glossæ.

Adscribo reliqua verba Glossæ, quæ his immediatè subnectuntur: *Nota, quod libera debet esse voluntas in Matrimonio contrahendo: & filius non adultus in hoc patri subjacet. Item, pater non potest cogere filium adultum ad contrahendum. Filium verò non adultum, cogere potest, ut videtur, quod verum est, quoad sponsalia, non quoad Matrimonium, quod patet cum dicitur in litera: Dum venerit ad legitimam ætatem: & illud quod postea sequitur, debet exponi de debito honestatis, non necessitatis.* In quo Glossa est contraria Dicastilloni.

Ut sit de his expositionibus, tamen concederemus Pontio, filium ex præcepto debere hoc observare & adimplere, adhuc, ut supra notavi, non probat illud Decretum intentum Pontii; quia, ut supra dixi ex cap. *Ad Apostolicam*, de Reg. *Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem.*

137.

Atque juxta hæc tenus dicta etiam intelligi

debet Decretum Cælestini Papæ, Ecclesie Florentinæ missum (& refertur 35. q. 6. c. 2.) in quo inter cætera sic lego: *Quod autem parentes, fratres, & cognati utriusque sexûs, in consecrationem suorum, ad Matrimonium conjo-gendum, vel dirimendum admittantur, tam antiquâ consuetudine, quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint, parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus & charitatis, tum etiam ex recitatione Majorum sive laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita ut si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat Matrimonium.*

Idem Decretum refertur extra, *Qui Matrimonium accusare possunt* &c. c. 3. ex Clemente 3. Ubi Gloss. verb. *Nullum*, inquit 30. q. 5. *Aliter*. Ergo intelligendum de utilitate in foro externo, sive de præsumptione fori Ecclesiastici, prout supra explicatum sit d. cap. *Aliter*.

Itaque quod attinet ad jus vetus Ecclesiasticum, Matrimonium contractum citra consensum parentum, non fuit invalidum, sed ad summum illicitum; exigentibus Ecclesie Patribus consensum parentum, tum ob eorum potestatem & religionem, tum ob filiorum pudorem & observantiam, tum ob Matrimonii fidem & honestatem, tum denique ob communem bonamque institutæ Reipublicæ rationem.

Sed nunquid idem dicendum de jure civili? Quid jure civili constitutum fuerit, am-lutum & perplexum est nimis, inquit Pontius supra n. 15. De filio emancipato loquitur lex 25. ff. de Ritu nupt. *Filius emancipatus, etiam sine consensu patris, uxorem ducere potest, & susceptus filius ei heres erit.* Ubi Gloss. verb. *Filius emancipatus*, inquit: *Major 25. annis: consulitur tamen ei, ut consensu patris faciat, ut Cod. eod. lex, Viduæ, quæ talis est. Viduæ intra quintum & vigesimum annum ad-gentes, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia non conveniant. Ubi Gloss. verb. *Sententia* est, inquit, *scientia, non autem consensus est necessarius.* Vel dic, quod est consilium, quod hæc lex dicit, cum emancipata sine patre possit ducere, ut ff. eod. l. *Filius emancipatus.* Hæc Gloss.*

Tu cogita, an valeat argumentum à filio majori 25. annis de quo loquitur d. l. *Filius emancipatus*, ad viduam intra quintum & vigesimum annum.

Quantum ad filium non emancipatum, scriptum habemus l. 2. ff. de Ritu nupt. *Nuptiæ consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.* Et l. 2. Cod. eod. *Si nuptius pater tuus consensit, nihil oberit tibi, quod instrumentis, ad Matrimonium pertinenti, non subscripsit.* Ergo à contra-

rio sensu, si non consensit, oberit. Item l. 5. cod. Si (ut proponis) pater quondam mariti sui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptiis vestris, non contradixit, vereri non debes, ne nepotem suum non agnoscat. Ergo à contrario sensu, si pater Nuptiis vestris contradixit, vereri debes, ne nepotem suum agnoscat. Et l. 7. cod. Si (ut proponis) post querelam de marito, à filia tua ad te delatam, dissolutum est Matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est, minus legitima conjunctio est, cessante patris voluntate, in cuius est potestate, atque ideo non petente filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Accedat §. 1. Instit. de Nuptiis. Justas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt, masculi quidem puberes, femina autem viripotentes, sive patres familiarum sint, sive filii familiarum, tamen si filii familiarum sint, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio suadet, intantum, ut iussus parentis præcedere debeat.

Sed id commodè intelligi potest de debito honestatis, non necessitatis; vel si velis intelligere debitum necessitatis, haud equidem inde rectè inferes, Matrimonium aliter contractum, fuisse illo jure invalidum. Et de eodem debito honestatis, intelligit alias leges, jam allegatas, & similes, Covarruvias tom. 1. de Matr. p. 2. cap. 3. §. 8. n. 1. Licet, (inquit ille) Chass. in gloriæ mundi Cathal. part. 12. consil. 36. velit probare, Matrimonium, à filia absque patris consensu contractum, nullum esse, quod falsum est, & receptissimæ apud nos sententiæ repugnat.

Nec mihi placet, quod novissimè probare conatur Coraf. lib. 1. Miscel. c. 17. dicens, & Matrimonium, absque parentum consensu à filiis contractum, rescindi sententiâ posse, modò carnis commisitio secuta non fuerit. Multò minus recipienda est opinio Joan. Oldendorpii, qui 4. classe actionum, 26. act. septem rationibus nititur probare, Matrimonium, à filiis absque consensu parentum contractum, nullum omnino esse; is enim subscribit Chassaneo, cui nos palam repugnamus. Hæc ille. Qui tamen loquitur, quod bene notandum est, de hodierno tempore, nempe post Conc. Trident. nam ultimè probat suam sententiâ ex hoc Concilio.

Undè ei minimè opponitur Pontius supra num. 21. ubi docet, jure civili Matrimonia filii familias, sine parentum consensu celebrata, nulla fuisse. Et addit: communis hæc DD. sententiâ est, quam probat ex prima lege supra allegata: Nuptiæ consistere non possunt &c. Hic, inquam, Auctor non opponitur Covarruvias; nam

n. 26. admittit omnia hæc jura civilia, legibus Ecclesiasticis sublata esse.

Interim etiam ad hanc legem responderi posset. Nuptias honestè & legitime subistere non posse, absque consensu eorum, in quorum potestate sunt; quia leges requirunt ad honestatem illum consensum, tamen non irritent Matrimonium, aliter contractum. Sic multa alia sunt, sine quibus non potest Matrimonium honestè & legitime, id est, secundum leges contrahi, tamen Matrimonium, aliter contractum, nullatenus sit invalidum, ut patet in omnibus impedimentis non dirimentibus.

Cæterum Pontius supra num. 22. limitat suam sententiâ ex Wesembachio in Paratlicis de Ritu nupt. num. 3. in fine, ut invalida fient & dissolubilia hujusmodi Matrimonia ante copulam, secus post copulam. Probat autem post copulam non potuisse dissolvi, ex l. 1. §. fin. ff. de Liberis exhibendis, ibi: Si quis filiam suam, quæ mibi nupta sit, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret: an adversus interdictum exceptio danda sit, si forte pater concordans Matrimonium, forte & liberis subnixum, velit dissolvere? Et certo jure utimur, ne bene concordantia Matrimonia jure patriæ potestatis turbentur, quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadeatur, ne acerbè patriam potestatem exerceat.

Sed ex hoc jure videtur colligi, etiam ante copulam talia Matrimonia non esse dissolvenda, dummodò sint bene concordantia; quippè in ultimis illis verbis nulla fit mentio liberorum, vel copulæ, sed solius concordantiæ.

Addit Aversa hic q. 3. sect. 7. §. De fure, quòd hoc valdè incongruenter statutum fuisset. Et Cujacius lib. 3. observat. cum Gothophredo ad l. Filii, 25. ff. de Ritu nupt. lit. A. imperfectam judicat eam legem, ut potè quæ nuptias sine consensu parentum fieri prohibeat, factas non dissolvat; sicut & lex Cincia, imperfecta dicitur, quæ supra certum modum donare vetat, donatum tamen non rescindat.

Respondet Pontius supra num. 23. Imperfecta non est, quæ, ut pater ante copulam posset dissolvere, concessit; post copulam autem, habitâ ratione publicæ utilitatis, non dissolvit, ne jam semel violata femina, & relicta, meretriciam vitam ageret, & ob alia plura incommoda, quæ sequerentur. At consuluit etiam indemnitati parentum, honori generis & familiæ, filios ex illis nuptiis procreatos, excludendo ab hæreditate paterna, nullamque dotem exigendo. Hæc ille.

Quæ etiam probant, quòd hoc non valdè incongruenter fuisset statutum. Et

142.
Limitatio
hujus sen-
tentia ex
Wesembachio.
L. ff. de
Lib. exhib.

143.
Impugnatur
Aversa.
Cujacius.
Gothophr.

144.
Resp. Pontii.

revera plures leges sunt, quæ nuptias prohibent fieri, facta aramen non dissolvunt; nec tamen idè dicuntur imperfectæ.

Quidquid sit de his legibus, irritantes fuerint, nec ne, hodie amplius non sunt irritantes, propter leges Ecclesiasticas in contrarium, quæ solæ hodie disponunt de impedimentis Matrimonii, ut patebit fufius proprio loco.

145. Illud etiam bene colligit Pontius supra n. 26. ex his legibus, naturali jure ad Matrimonii valorem non requiri parentum consensum, cum filius emancipatus sine illo consensu validè nubat, ut constat ex dictis; matris quoque non requiratur consensus, utpote quæ filium non habeat in sua potestate; argumento leg. 20. Cod. de Nuptiis. In conjunctione filiarum, in sacris postarum, patris expectetur arbitrium &c. Si patris auxilio destituta, matris & propinquo-

L. 20. C. de Nupt. Sufficit quoque Avi consensus, si ne patris consensu; argumento leg. 16. ff. de Ritu nupt. ibi: Neptis verò si nubat, voluntas & auctoritas Avi sufficit. Porro naturæ ea vis est, ut omnibus æque parentibus honor debeat; argum. leg. quartæ ff. de Curatoribus furioso. &c. furiose matris curatio ad filium pertinet. Pietas enim parentibus, est inæqualis est eorum potestas, æqua debetur.

L. 4. ff. de Curat. furios. &c. Nonne Esau legitimos habuit filios, quàmvis sine patris consensu contraxerit nuptias, Gen. 36. Similiter Tobias felicem suis nuptiis sortitus eventum, tametsi ejus nuptiis consensus patris defuerit, Tobix septimo? Quare, inquit Pontius, solo jure humano ordinata illa necessitas, legibus humanis auferri potuit; potuisse autem induci eam necessitatem satis constat, cum videamus jam inductam necessitatem præsentix Parochi & testium. Hæc ille.

146. Planè potuit induci ea necessitas; sed non satis constat, eam unquam fuisse inductam, sive jure Ecclesiastico, sive civili; alioquin admittenda foret correctio jurium, quæ evitari debet quantum possibile est; arg. leg. un. Cod. de Inoffic. doti. ibi: Leges legibus concordare promptum est. Et Authen. de Exhib. re. Inoffic. doti. §. fin. coll. 5. ibi: Ut omnibus modis, concordantia legum serventur. Evitatur autem correctio dicendo, antiquum jus solùm prohibuisse Matrimonia, contracta sine consensu parentum; & non tantùm jus humanum, sed etiam divinum & naturale ea prohibet, quando nulla adeit iusta causa sic contrahendi.

147. Probatur: quia dixit Dominus Exodi 20. v. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Et Apost. ad Ephes. 6.

Quamvis alioqui illi etiam jure divino & naturali, revera plures leges sunt, quæ nuptias prohibent fieri, facta aramen non dissolvunt; nec tamen idè dicuntur imperfectæ. Quidquid sit de his legibus, irritantes fuerint, nec ne, hodie amplius non sunt irritantes, propter leges Ecclesiasticas in contrarium, quæ solæ hodie disponunt de impedimentis Matrimonii, ut patebit fufius proprio loco.

v. 1. ait: Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est. Honora patrem tuum &c. Ad Coloss. autem 3. explicat in quibus debeant obedire, dicens v. 20. Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino.

Quod intelligit Bellar. lib. 1. de Matr. cap. 20. de omnibus, quæ pertinent ad mores informandos. Quare, inquit, obediendum est patri per omnia, etiam in contrahendo Matrimonio, si justè & secundum Deum præcipiat; & idè qui id non facit, peccat; sed non continuò Matrimonium est irritum. Hæc ille.

Herculè Scriptura tradit præcepta parentibus de filiabus in matrimonio collocandis. Deut. 7. v. 3. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo. Hieremias 29. v. 6. Accipite uxores & generate filios & filias & date filiis vestris uxores, & filias vestras date viris. 1. Corin. 7. v. 28. Igitur &c. qui Matrimonio jungit virginem suam hoc facit.

Quid ni ergo, dicit aliquis, filii & filie debeant in hoc negotio parentibus obedire? Planè congruit, ut obediant (quod si de stricta obligatione) nisi iusta causa excuset, v. g. si (quod interdum fit) parentes indiscretè vellent impedire Matrimonium, planè dignum vel utile, aut temperent filios indigno vel molesto Matrimonio copulare, aut negligerent, vel nimis differrent prolibus de convenienti Matrimonio providere, aut nimis durè tractarent proles: quæ proinde hoc medio eorum jugo conarentur evadere, aut obfistiles causas. Quàmvis pro feminis majus tutela sit necessaria, utpote quæ magis potentum curæ subdantur, & arctiori potest honestate tenentur.

Enim verò quoad Matrimonium uniusque est liber & sui juris. Undè non potest parentes cogere filios aut filias ad Matrimonium, vel ad talès nuptias, sed libertate contrahere debent, vel alium statum eligere. arg. cap. Cum locum, 14. de Sponsal. ubi de ipso queritur, plenè debet securitate gaudere, cujus est animus indagandus. Item cap. Requisivit, 17. eod. ibi: Ad quod breviter respondemus, quod cum libera voluntate esse Matrimonia, monenda est potius, quam cogenda &c.

Ratio est: quia in Matrimonio est quædam servitus quædam perpetua, & idè cum homo liberæ conditionis sit, nequit à parente ad servitutem hanc compelli. Quod si attingas; posse filium à parente in necessitate constituto vendi, & ita suà libertate privari, l. 2. C. de Patribus qui filios suos &c.

dic disparem esse rationem. Quia hæc servitus non exigit mutuum amorem, nec est perpetua, potest enim redimi; quæ secus se habent in Matrimonio. Ita Sanchez lib. 4. disp. 22. n. 4. Plura inferius, ubi de Matrimonio inito ex metu. Sufficiat hæc, simplex præceptum parentum non esse proprie dictam coactionem. Sicut autem lex injusta, non est lex, & idem non obligat; sic itidem præceptum patris, si injustum est seu irrationabile, non est verum præceptum, & idem non obligat. Sin autem justum fuerit & rationale: nunquid obligatorium?

In primis, quando multum interest parentum, ut filius vel filia tale Matrimonium ineat, tenetur filius aut filia sub lethali culpa obedire parenti, illud præcipienti: ut si esset medium ad graves inimicitias componendas, quæ essent inter parentes, & consanguineos eorum, cum quibus est contrahendum Matrimonium. Quia ex virtute pietatis tenentur filii subvenire parentum necessitati; ergo quando parentes indigent tali Matrimonio, tenebuntur filii obedire. Ita Sanchez supra disp. 23. n. 4. citans inter alios plures D. Bonavent. 4. dist. 29. q. 3. *Utrum aliquis possit ad Matrimonium compelli per præceptum patris?*

Ad quam sic respondet Doctor Seraphicus: *Dicendum, quod sicut ostendunt rationes ultime, Matrimonii contractus debet esse liber omnino; tum ratione signationis, tum etiam ratione talis & tantæ obligationis, quæ in illo contractu consistit; & idem non est præcipiendum a parentibus filio præcepto obligatorio, quod contrahat; quia potest continere si vult, & iterum si vult contrahere. Adhuc per præceptum non potest pater ad contrahendum cum hac vel cum illa eum obligare, nisi charitas, vel rationabilis causa eum liget, vel promissio ipsius voluntaria. Rationabilis autem causa ligat, quando pater habet inimicitias, & non potest evadere, nisi filius cum consanguinea inimici contrahat. Charitas vero ligat, quando pater prohibet filio, ne contrahat cum muliere mala: ob promissionem voluntariam ligatur, ut quando ipsemet se obligat, contrahendo sponsalia, præjudicium sibi generat in hoc, quod inchoat Matrimonium, unde tenetur ad consummandum, & ad hoc compelli potest per mandatum Ecclesiasticum.*

Et sic Isaac Gen. 28. vocavit filium suum Jacob, & rationabiliter præcepit ei dicens v. 1. *Noli accipere conjugem de genere Chanaan; sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patris matris tue, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Labam avunculi tui.* Rationabiliter, inquam, illud præcepit (ut notat Bonav. supra) *Quod Jacob alias tenebatur facere, tum propter mali-*

tiam mulierum; tum etiam quia semen Chanaan de terra illa erat disperdendum. Unde & Jacob, tanquam bonus filius, patri obedivit; nec solum uxorem, sed etiam uxores accepit, quod tamen non erat ei mandatum, quàmvis etiam non prohibuitur.

Certum ergo est, frequenter posse subesse gravem obligationem contrahendi Matrimonium, aut non contrahendi; contrahendi cum hac, & non cum illa persona, etiam secluso omni præcepto personali parentum, ex lege pietatis, aut charitatis; v. g. si immineant gravia scandala, pericula vitæ, bonorum amissio, gravia odia & discordiæ. Item, si Matrimonium sit indignum cum notabili dedecore & ignominia familiæ; & similes circumstantiæ occurrere possunt, in quibus filius ex lege pietatis & charitatis graviter obligetur non contrahere Matrimonium, vel non contrahere cum hac persona, estd parentes id non prohibeant; quanto magis si accesserit præceptum parentum, quod sine dubio tunc justum & rationale est? Sed hæc obligatio tantum est per accidens, ut patet, & ab Omnibus admittitur ac necessario admitti debet.

Major difficultas est de obligatione per se id est, quæritur, an, secluso casu, quo aliunde graviter obligetur filius contrahere Matrimonium, aut contrahere cum hac persona, peccet mortaliter, si contrahat in vitis parentibus, sive contra præceptum parentum.

Doctor Seraphicus supra non videtur agnoscere talem obligationem: nam ad objectionem, desumptam ex illo Coloss. 4. *Filii obedite parentibus vestris per omnia; ergo in omnibus, quæ non sunt contra salutem, tenetur patri filius obedire.* Unde Gloss. *Placet Deo si per omnia obeditis; ita tamen se Domino obeditis.* Si ergo Matrimonium non est contra salutem patet &c. Ad hanc, inquam objectionem, seu rationem pro sententia affirmativa, Respondet D. Bonav. supra: *Dicendum, quod illa distributio intelligitur solum quantum ad ea, quæ sunt de paterna honorificatione, & quantum ad ea, quæ spectant ad regimen familie. Si autem quantum ad alia intelligatur, consilium est, non præceptum, & hoc innuit Gloss. quæ dicit: Placet Deo &c.*

Et si rursum objicias; sicut se habet pater spiritualis respectu Matrimonii spiritualis, ita pater carnalis respectu carnalis. Sed Dominus Papa potest præcipere alicui sub poena excommunicationis, quod Episcopatum accipiat; ergo pater carnalis, quod filius cum muliere quâ vult contrahat. Respondent Aliqui (inquit D. Bonavent.) *quod Papa non potest præcipere, quia consensus debet esse liber; sed post susceptionem*

154. Potest esse gravis obligatio contrahendi secluso præcepto parentum.

155. An per se loquendo sit peccatum mortale contrahere in vitis parentibus.

Doct. Seraph. videtur negare.

156.



Non valet
hic arg. à
patre spiri-
tuali ad
carnalem.

potest præcipere administrationem. Sed tamen istud non videtur securum dicere, cum tota die videamus fieri contrarium. Et ideo dicunt Aliqui, quod simpliciter potest præcipere. Nec est simile de patre carnali; quia pater spiritualis, potestatis plenitudinem super filios suos habet amplius, quam pater carnalis. Et præterea non est tanta servitium, & tam indivisibilis copula in Matrimonio spirituali, sicut in carnali; & hoc patet, quia Papa potest deponere & absolvere ab Episcopatu. Tertius modus dicendi est, quod ubi rationabilis causa est, scilicet necessitas, vel communis utilitas, potest præcipere, & ille tenetur obedire; & quoniam semper præsumendum est, quod tunc pater ex causa rationabili moveatur, nisi expresso appareat contrarium, credendum est, quod subditus obedire tenetur. Quod si sciret se insufficientem & indignum, & videret sibi imminere periculum animæ, credendum est, quod non teneretur obedire. Hæc enim obedientia modicum aut nihil de suo debet habere, maxime temporibus modernis. Quidquid tamen sit, non est simile de isto Matrimonio & de illo, ratione jam visa. Hactenus D. Bonav.

157.
Eadem vi-
detur esse
sententia
Scoti.

Eadem videtur sententia Doct. Subr. 4. dist. 29. q. n. 12. ubi ad hanc objectionem: Extra de Despons. impub. Tua nos, pater filium, nondum adultum, cuius voluntas non potest discerni, cui vult potest Matrimonio tradere, & postquam filius ad perfectam ætatem pervenerit, debet hoc adimplere: & hoc habetur ff. de Sponsal. l. Sed que patris, ubi dicitur de filia, quod tunc solum dissentienti à patre licentia conceditur sibi, si indignum moribus, vel turpem sponsum pater ei eligat: & probatur hoc à simili; quia Papa potest suos filios cogere ad contrahendum Matrimonium spirituale, puta ad recipiendum Episcopatum; ergo.

Ad hanc, inquam, objectionem, Respondet sub hac forma verborum: Illud caput potest exponi de debere de congruo, non autem de necessitate præcepti; & ad illud, quod adducitur de ff. dico, quod ita loquitur jus civile, sed jus canonicum est contrarium. Unde illud Pauli, Filii obedite parentibus, non intelligitur quoad istud: quia in isto non tenetur filius obedire patri. Quod autem adducitur de Matrimonio spirituali, non est simile; quia non tantam auctoritatem habet pater carnalis super filium ad Matrimonium carnale, quantum habet pater spiritualis super filium respectu Matrimonii spiritualis, & ratio congrua est; quia hic efficitur contrahens melioris conditionis, non sic autem ibi.

158.
Vt etiam
Doct. Ange-
lici.

Accedat Doct. Angel. 2. 2. q. 104. a. 5. in corpore ubi sic ait: Tenetur autem homo homini obedire in his, quæ exterius per corpus sunt agenda, in quibus tamen secundum ea, quæ ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo; quia omnes homines naturæ sunt pares, puta in his, quæ pertinent ad

corporis sustentationem, & proli generationem. Unde non tenentur servi dominis, nec filii parentibus obedire de Matrimonio contrahendo, vel virginitate servanda, aut aliquo alio huiusmodi. Sed in his, quæ pertinent ad dispositionem actuum & rerum humanarum, tenetur subditus suo Superiori obedire secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in his, quæ pertinent ad bellum, servus domino, in his, quæ pertinent ad servilia opera exequenda; filius patri, in his, quæ pertinent ad disciplinam vitæ, & curam domesticam, & sic de aliis.

Item 4. dist. 29. q. 1. a. 4. in corp. Respondendo dicendum, quod cum in Matrimonio sit quedam quasi servitium perpetua, pater non potest cogere filium ad Matrimonium per præceptum, cum sit liberæ conditionis; sed potest eum mittere ex rationabili causa, & tunc sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad præceptum patris, ut si illa causa cogat de necessitate, vel de honestate, & præceptum similiter operari alias non.

Deinde ad primum, quod erat delictum ex verbis Apost. ad Coloss. 3. Filii obedite &c. Respondet: Dicendum, quod verbum Apost. non intelligitur in illis, in quibus sicut pater est liber, ita & filius; & huiusmodi est Matrimonium, per quod etiam filius fit pater. Itaque, secundum hos Doctores, non peccat filius contra obedientiam patri debitam, si nubat, ubi pater præcipit non nubendum, & non nubat, ubi pater præcipit nubendum; nam Quia liberum habet arbitrium in electione propositi (ut ait Clemens 3. cap. Cuius ratio 12. in fine de Reg.) sequi parentum non oportet voluntatem.

Sed hoc Aliqui intelligunt, quando dicitur iusta causa non obediendi parentibus in hoc negotio, iuxta antè dicta; alioquin cum obiectio propositi seu statûs vitæ, sit res ardua & perplexa, videtur ipsis, filios peccare, factis venialiter, qui parentibus rectè confutatis & præcipientibus Matrimonium, hoc est illud Matrimonium, nolunt obedire, sed absque rationabili causa, in vitis parentibus aliud eligunt. Nam omnia, inquit, iura & ratio honestatis naturalis, ac ipsa regulae humani convictûs, & similia, id plane demonstrant; confirmatque iusta apud omnes Nationes parentum indignatio, quam ostendunt proliibus, se inconfulitis aut invitatis Matrimonium ineuntibus.

Immo Pontius supra nu. 27. arguit esse de peccato mortali, dicens: Admonenti filii Matrimonia ineant, ut illis conveniat illud Christi apud Matth. 19. Quos Deus conjunxit &c. aliter enim Deus conjunxit non dicitur, quos non obsequium parentum, sed libido conjunxit. Hæc etiam de causa legitur in Epistola ad Polycarpum: Deest, ut qui

quit, ut & ducentes uxores, & nubentes, cum Episcopi arbitrio conjungantur; ut nuptiæ juxta præceptum Domini, non autem ob concupiscentiam coisse videantur. Sic Deus, patris loco sanctus, Evam Adamo copulavit; consensu Abrahami Isaac, Genes. 24. Isaac Jacob, Genes. 28. Samson consensu patris nuptias contraxerunt. Lege divinâ mandatur parentibus, ne Chananeis filias suas locent, Deuter. 7. Hanc etiam auctoritatem parentibus in filiorum nuptias concedi constat Exodi 22. Num. 30. I. Reg. 2. I. Cor. 7.

Peccabunt ergo filii, & lethaliter, si sine parentum consensu nubant; est enim contra illis debitum honorem in re gravi, quando non est probabilis suspicio, quod malitiosè, aut per vim impediatur Matrimonium: graviusque peccabit pater, si contra libertatem Matrimonii, sine justâ causa, filii conjugium, impedire conetur. Si autem impediendi justâ subfit causa, non solum non peccat pater, sed rectè facit & tenetur efficere, & filius obedire, aut mortaliter, aut venialiter, juxta eam rationem, propter quam pater impedit. Aliàs nunquam Judex justè posset impedire conjugium, aut ad illud adigere. Hæc ille.

Verùm quod ait: Deum non conjungere illa Matrimonia, quæ inveniunt à filiis contra voluntatem parentum, commodè intelligendum est; nam eo argumento utitur Kernitius apud Bellar. supra, ut probet illa Matrimonia esse irrita. Notat itaque Bellar. pro solutione illius argumenti, dupliciter posse Deum auctorem dici Matrimonialis conjunctionis. Uno modo ex parte ipsius conjugii. Altero modo ex parte contrahentium.

Erit auctor Deus Matrimoni ex parte ipsius conjugii, si ipsa conjugii essentia à Deo sit instituta: erit autem auctor Matrimonii ex parte contrahentium, si ipsis contrahentibus Deus inspiret, ut Matrimonio jungantur. Id quod in omnibus Sacramentis facilè reperimus... Et potest sæpè accidere, ut priori modo sit auctor Deus, posteriore Diabolus; si videlicet verum Sacramentum tradatur & percipiatur; sed & qui tradit, & qui percipit, non ob Dei gloriam, & animæ salutem; sed ob lucrum aut commodum aliquod turpe ac fordium moveatur.

Sic igitur in conjugio auctor conjugii uno modo erit Deus, si materia & forma adsint, qualia Deus instituit, & hoc solum requiritur, ut Matrimonium sit verum, firmum & ratum. Altero modo auctor erit etiam Deus, si conjuges ad prolem, ad Dei gloriam gignendam, maturo consilio, de sententia Majorum, aliisque circumstantiis debitis observatis, Matrimonium contrahant: & hoc requiritur, ut Matrimonium sine peccato, im-

mo verò cum merito & laude celebretur: non autem ut sit verum, firmum & ratum. Si enim tantum ad explendam libidinem, temerè sine consilio parentum conjugium inear, non erit auctor Deus, sed diabolus ejus conjugii, quod attinet ad voluntatem suscipientium; licet ejusdem conjugii auctor sit Deus, quod attinet ad Sacramenti ejus essentiam, quæ tota in eo conjugio reperitur. Ita Bellar.

Qui & ipse tenet sententiam Pontii, dicens cap. 19. Propositione 3. Peccant filii, quando sine justâ & rationabili causâ, parentibus inficiis vel invitis, Matrimonia contrahunt. Quòd autem intelligat peccatum mortale, colligitur ex fine cap. ibi: Tertiò, ut filium ad assentiendum inducat, auctoritate paternâ imperando, quando reverà filio id conducit, ita ut secundum rectam rationem dissentire non possit: & hoc patri licet, & filius obedire tenetur. Quemadmodum etiam, cum filio expedit comedere, aut talem cibum, & à tali vel tali abstinere, potest parens jubere, & filius tenetur parere. Et licet hoc etiam sit suo modo cogere, & metum incutere mortis æternæ; non tamen propterea Matrimonium illud diceretur coactum, neque irritum esset; quia metus ille gehennæ non propriè incutitur ad hoc, ut iste uxorem ducat, sed per se confequitur præcepti transgressionem. Hæc ille. Ergo secundum Bellar. præceptum istud Matrimonii lethaliter obligat filium.

Atque hanc sententiam probabilissimam vocat Sanchez lib. 4. disp. 23. n. 9. citatis pro ea quamplurimis nec infimæ notæ Auctoribus, qui ducuntur primò; quia est injuria parentibus illata in re gravi, & ob quam meritò ac jure optimo gravissimè illi offenduntur, dissolviturque amicitia: in cujus testimonium, experientiâ testante, apud omnes Nationes, filii sic contrahentes, non audent parentum vultum intueri, quæruntque viros graves, qui ipsos placent, quasi gravi injuriâ affectos, justèque iratos: ergo est culpa lethalis.

Secundò; quia hæc sunt relativa: ego teneor tui curam habere, & tibi circa hoc providere, & tu teneris in hoc mihi obedire. Quo argumento usus est D. Paulus ad Hebr. 13. probans, Prælati obtemperandum esse, quia ipsis cura est de subditis: tenenturque de ipsis rationem reddere. Sed parentes tenentur sub mortali providere filio de nuptiis; ergo tenetur filius sub mortali obedire, non eligendo Matrimonium invitis parentibus.

Tertiò; quia jure gentium, consuetudine omnium Nationum explicato, non est filiorum, & maxime filiarum, dum parentum curæ subsunt, quærere nuptias; sed id parentum munus est. Quod jus gentium confirmatur per jus Pontificium, ut 30. q. 5. cap. Alter. ubi ad significandum, quàm æquum

163.
Bellar. tenet
sententiam
Pontii.

164.
Probat
hanc sententiam
Sanchez.

Secundò.
Hebr. 13.

Tertiò.



fit puellam ex parentum consensu nubere, statuit Evaristus Papa, ut pro nupta non habeatur puella, quam pater non desponsat. Et alia jura & testimonia ex Scriptura sacra adfert ibi Sanchez, supra à nobis relata, ad idem intentum, & concludit dicens: ergo omnia hæc testantur teneri filios in hoc obedire parentibus, & cum res sit gravis, erit culpa lethalis.

165. Ipse nihilominus n. 10. probabilius credit, teneri filios sub culpa lethali consilium parentum circa Matrimonium petere, non tamen illud sequi; & ita licitè posse ipsis invitis, priùs tamen consultis, inire Matrimonium, quod volunt. Probat priorem partem rationibus prioris sententiæ. Præterea; quia juri naturæ, quo parentes in liberos funguntur, sub quorum sunt potestate, conforme est, ne citra patris consilium aliquid de re tam gravi, ut est Matrimonii vinculum, à quo totum vitæ institutum pendet, filius delibere; & ipsa perpetuitatis ratio, & amoris nexus, quo debent conjuges conglutinari, maturum consilium in nuptiis celebrandis exposcit. Hæc ille.

166. Sed quæro ego; quare eadem ratio perpetuitatis, & amoris nexus, non exposcit consensum parentum? Nam suppono, quòd parentes optimè filiis consulant, & nulla justa causa subest rejiciendi ipsorum consilium. Cur ergo tali casu non tenetur etiam sequi consilium parentum?

Dices: quia, ut ait D. Thomas 2. 2. q. 104. a. 5. in corp. in his, quæ ad proprii corporis sustentationem, prolisque generationem attinent, omnes homines sunt pares, nec filii subjiciuntur parentibus; ergo non tenentur sequi, inquit Sanchez supra, consilium & voluntatem parentum.

Infero ego: ergo etiam non tenentur petere consilium; quia & illa petitio, seu obligatio ad petendum, est subjectio quædam in his, quæ ad prolis generationem attinent.

Unde sic docet Aversa hic q. 3. sect. 7. §. Deinde, ubi sic ait: de rigore gravis obligationis loquendo, non videtur filii, sub mortali teneri, aut sequi consensum, aut exquirere consilium suorum parentum, ut Matrimonium contrahant, nisi tamen aliquæ particulares causæ ad id eos astringant. Nam unicuique pro se libera videtur electio vitæ, ac determinatio statûs; & in rigore in hoc non subduntur filii parentum arbitrio, sed sunt sui juris. Unde non possunt filii imperio & præcepto cogi à parentibus, ut simpliciter contrahant Matrimonium; vel ut volentes contrahere, contrahant cum tali certa persona; neque in hoc iis obedire tenentur. Quare similiter nec possunt cogi, vel ut simpliciter à Matrimonio abstineant, vel ne contrahant cum tali aut tali persona, neque in hoc iis obedire te-

nentur; sed licitè poterunt absque eorum consensu, & contra etiam eorum expressam voluntatem, simpliciter, & cum qua persona voluerint, conjugari. Et similiter absque eorum scientia, & non requisito consilio. Quàmvis enim interdum, teneatur quis petere consilium, ubi non tenetur sequi consilium: tamen in hac re videntur etiam filii, nec de rigore teneri petere parentum consilium. Immo quandoque possit accidere, ut ægrè ferrent parentes, quando filii contra expressam eorum voluntatem certum Matrimonium inirent, quàm si id facerent inscientis & inconsultis, sequæ aliquo prætextu excusarent. Hactenus Aversa.

Idemque sentit Dicastillo hic disp. 4. n. 176. ubi in fine sic ait: Existimo ergo probabilissimum esse, propter Doctorum auctoritatem, mortaliter peccare, si absque parentum consilio, ipsisque insciis, Matrimonium inear (filius) absque justa causa, clam ipse contrahendi, vel eisdem inconsultis, non tamen oppositum improbabile, ex sola prædictæ obligatione obsequii & pietatis, seduliusdamnis extrinsecis, solumque pro hac re auctorem alium desidero. Hæc ille. Qui si legisset Aversa supra, alium Auctorem non desiderasset.

Atque hos Auctores sequitur novissimus Herinx hic disp. 3. n. 8. ibi: Sed non improbabile videtur, proles, seclusis extrinsecis incommodis, ad neutrum (id est, ad consilium vel consensum) graviter obligari; enim & rationes ex natura rei petite, nam ostendunt maximam congruentiam & decorem, non autem gravem obligationem. Ita Herinx.

Sed (dicit aliquis) si tantum ostendatur maximam congruentiam & decorem, non constat, quòd ostendant obligationem leviorem. Quippe, quod solum est maximè congruum & decens, omitti potest absque omni peccato, quod tamen hi Auctores non audent asserere. Vel si est aliquod præceptum, cum sit res gravis, cur non obligat sub mortali? Dico, salvo meliori judicio, vel nullum videtur esse peccatum, omittere consilium, seclusis omnibus extrinsecis incommodis, & quando filii satis sunt prudentes ad hujusmodi statum amplexandum, & eligendum personam in conjugem, aut quando utuntur consilio eorum, à quibus æquè bene dirigi possunt in eo consilio; vel esse peccatum mortale, cum ille contractus, ad quem requiritur consilium parentum, sit maximi momenti.

Et si consilium obligat sub mortali, ut vult Sanchez supra, cur non etiam consentas parentum? Quia, inquit hic Auctor, & est secunda ejus probatio, cum per Matrimonium homo perpetuè servituti obligetur, recte ratio postulat, ut in illo contrahendo, omni-

Sanchez tenet, teneri sub mortali filios petere consilium parentum, non autem sequi.

Contra arguitur.

Resp. Sanchez.

Aversa docet, non esse per se loquendo gravem obligationem petendi consilium.

B
Sac

ninò liber sit, à nulliusque voluntate pendeat.

Respondeo: planè recta ratio postulat, ut non sic dependeat à consensu parentum, quin Matrimonium aliter contractum valeat; sed etiam videtur ratio postulare, ut sic dependeat à consensu parentum, qui optimè norunt, quid filiis conveniat, & maximè solliciti sunt, ut filiis optimo modo provideatur de perpetuo statu vitæ, ut, inquam, sic dependeat ab eorum consensu, ut non possit sine iusta causa contrahi Matrimonium absque eo consensu, nisi velint filii graviter peccare, cum sæpius in propria causa filii cocutiant, & ubi putant se bellè gerere proprium negotium, pessimum habeat exitum, ut experientia nimis sæpè docet. Illud ergo periculum causa videtur sufficiens gravis prohibitionis, quam vis hic & nunc Matrimonium aliter contractum possit habere bonum exitum.

Probat tertio Sanchez suam sententiam: Quia nullus obligatur ad id, quod est culpa; sed promittens feminæ clam Matrimonium, tenetur implere, nec inter causas dissolvendi sponsalia numeratur parentum resistentia, nisi quando gravissima laborerent scandala; ergo contrahere Matrimonium absque consensu parentum, non est peccatum.

Respondeo: hæc ratio probat, nullum omninò esse peccatum, nequidem veniale, contrahere contra voluntatem parentum; quod an Sanchez concederet, nescio; quia loco citato tantùm loquitur de peccato mortali. Deindè, nil mirû, si in illo casu possit filius absque consensu parentum contrahere, cum habeat iustissimam causam, scilicet, injuriam, quæ aliàs fieret feminæ, cui Matrimonium promittit; unde hic non est casus noster; quia queritur solum, an liceat filiis sine consensu parentum contrahere, quando nulla subest iusta causa sic contrahendi.

Tandem probat Sanchez suam sententiam: Quia conditio adjecta legato; Si filius ducat uxorem de patris consensu, rejicitur tamquam Matrimonii libertatem impediens, secus si de consilio; quia illud non tenetur sequi; ergo signum est, filium non teneri sequi in matrimonio consensum parentum; aliàs enim talis conditio honesta omninò esset, & nõ rejicienda.

Respondeo: idèò rejicitur illa conditio, quia sæpè potest esse iusta causa, quare filius non velit Matrimonium de consensu patris. Ut omitam, quòd non sit omninò certum, quòd illa conditio sit rejicienda: nam docet Antonius de Prato & Burgos de Paz apud Sanchez lib. 1. disp. 34. n. 22. valere conditionem, legato adjectam; Ne filius absque paterno consensu uxorem ducat; id enim honestissimum & omni juri consonum est. Quamquam oppositum doceat ibi Sanchez cum Aliis, quos citat, dicens: quàm vis enim honestum sit filios in Matrimoniis contra-

hendis voluntatem paternam amplecti, jura tamen omnimodæ Matrimonii libertati conferre volentia, omnes conditiones, illi quocumque modo adversas, rejecerunt. Hæc ille.

Nullum autem allegat jus præter l. Cum tale, §. Rescriptum (alias, Si arbitrato) ff. de Condit. & demonit. Si arbitrato Titii Seia nupserit, hæres meus ei fundum dato: vivo Titio, etiam sine arbitrato Titii eam nubentem, legatum accipere respondendum est, eamque legis sententiam videri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur. Ubi Gloss. verb. Inferatur: Ideoque hæc conditio remittitur, quasi viduitatem aut deterius inducat; ut sup. eod. Cum ita, in fine, & l. Hoc modo, Azo. & facit sup. eod. l. Filia, & sup. de Legat. 1. l. Turpia, §. 1. Sed arg. contra, sup. de Administ. Tut. l. Titium, in principio. Ubi Gloss. verb. Deditset, sic ait: Alioquin si non esset contutor, & sic non haberet administrationem, fecisset: ut infra ea l. §. 1. & sup. eod. l. Quidam, §. Papianianus. quæ sunt com. & facit sup. Man. l. Idemque, §. Si quis. & sup. de exerci. act. l. 1. §. Si plures. Arg. contra, infra de Condit. & demonstrat. l. Cum tali, §. Si arbitrato.

Aditio. Dic quòd contraria loquuntur in eo, qui habet potestatem ab homine. Unde si ab homine adiciatur, quòd faciat cum consilio alterius valet ista adjectio, & est sequenda. Hic loquitur in Tutoribus, qui licet sint nominati à testatore, officium tamen habent à lege ut l. 1. in prin. sup. de Tut. ideo testator adiciendo, quòd faciat cum consilio alterius extranei vel contutoris, non habentis administrationem, non potest officium datum à lege infringere.

Ergo consimiliter dico ego; tamen hæc conditio: Si arbitrato Titii Seia nupserit, rejiciatur à legato, quia Titius extraneus est; equidem non videtur hæc rejicienda: Si arbitrato, seu, consensu patris Seia nupserit; quia de jure competit patri tradere filiam suam in Matrimonium, quod jus non potest testator infringere. Hinc si diceret: Si contra voluntatem parentum Seia nupserit, hæres meus ei fundum dato, existimarem planè, talem conditionem tanquam inhonestam rejiciendam. Loquor autè de voluntate patris rationabili.

Et sanè nullum jus, quod pro sententia Sanchii allegatur, expressè meminit parentum; & certum est, quòd longè alia sit ratio consensûs parentum, & extraneorum; nam, sicut dixi, de jure, saltè civili, requiritur consensus parentum, secus extraneorum; & si jus civile, quod requirit consensum parentum, non præjudicat libertati Matrimonii; neque ut tale rejicitur, secundum probabilissimam sententiam; cur illa conditio adjecta legato, censeri debeat præjudicare libertati Matrimonii, & ut talis erit rejicienda?

Non video, quo jure civili id sufficenter probetur; nec aliquod jus canonicum à Sanchio

173. An valeat hæc conditio legato adjecta: Si nubat de consensu patris. l. 72. ff. de Condit.

174. Videtur valere.

175. Alia est ratio consensûs parentum, alia extraneorum.

Libertas requiritur.

in Matr.
debet esse
rationabilis.

chio aut Aliis adducitur; ac proinde ultima probatio Sanchez æquè incerta est; atque res, cuius est probatio, & idè meritò rejicienda, maximè, cum libertas requisita in Matrimonio, ut advertit Pontius supra n. 29. debeat esse rationabilis & iusta; & idè putat hic Auctor, leges civiles, quæ filios vel filias, nubentes contra justam & rationabilem voluntatem parentum, exheredari posse à parentibus volunt, iustas esse atque servandas; quia minimè correctæ sint per jus canonicum, quod solum prohibet ea, quæ minuere possint rationabilem Matrimonii libertatem; porro libertas contrahendi contra rationabilem voluntatem parentum non videtur rationabilis. Erat itaque.

CONCLUSIO IV.

Leges civiles, quæ filios, vel filias, nubentes contra justam & rationabilem voluntatem parentum, exheredari posse à parentibus volunt, iustæ sunt atque servandæ.

176.
Prima probatio
Conclusus ex Sanchez.

PRO hac sententia Sanchez lib. 4. disp. 25. n. 1. citat quamplures Auctores tam Jurisperitos, quàm Theologos, & vocat eam probabilissimam propter has rationes. Prima; quia non tollitur iis legibus libertas ad Matrimonium ineundum, sed eam moderantur, ne in Reipublicâ dispendium ac perturbationem eâ contrahentes abutantur, statuentes pœnas in abutentes, ineundo Matrimonium in vitis parentibus, unde perturbationes & rixæ in Reipub. oriri solent; ergo iustæ sunt, nec juri canonico adversantur.

Secunda.

Secunda: quia cum Matrimonium sit Sacramentum, & contractus naturalis & politicus; licet ut Sacramentum est, nihil possit sæcularis potestas disponere; at quatenus contractus est, ipsius est curare, ut convenienter quieti & paci Reipub. celebretur, ergo potest statuere pœnas aliter contrahenti.

177.
Tertia.

Tertia; quia pœna, consistens in lucro non acquirendo, non adversatur libertati Matrimonii, sed valida est; sed cum leges privant hæreditate contrahentes absque patris consensu, non agunt de damno incurrendo, sed de non acquirendo lucro, ipsis solis legibus civilibus debito; ergo tales leges iustæ sunt nec repugnant libertati Matrimonii. Probat Minor; quia jure naturæ sola alimenta, vitæ necessaria, debentur filiis, quæ per exheredationem minimè auferuntur, juxta verior sententiam. Hæreditas autem per leges civiles debetur; & licet dicatur filiis debita, leg. fin. vers. penult. C. de Codicillis,

etiam viventibus parentibus, Gloss. Authenti. de Hæredit. & falcid. §. Si quis vero non implens, verb. Ausferri, & ita filii respectu legitimæ videantur agere de damno vitando, cum rem sibi debitam petant: at revera non est debita legitima, sed quasi debita, & ita judicatur de ea, quasi de lucro captando, ut optimè docet Gloss. l. Si emancipata, in fine, Cod. de Juris & facti ignorantia. Et hinc est, ut superstitre patre, non publicetur legitima propter filii delictum, nec teneatur pater eam condemnationem solvere. Ergo cum in privatione legitimæ agatur tantum de lucro non acquirendo, poterunt iustè leges privare hoc lucro, per ipsamet concessio, filios, in vitis parentibus contrahentes.

His tamen non obstantibus Sanchez supra n. 2. amplectitur oppositam sententiam, tamquam probabilior, existens hujusmodi leges non esse validas, sed jure canonico correctas esse. Et probat 1. quia jus canonicum omnimodam in Matrimonio libertatem exigit, & idè ne minuatur contrahendi libertas, annullat pœnam, in sponsalibus appointam, cap. Gemma, de Sponsal. sed per exheredationem valde minuitur hæc libertas; ergo jus canonicum corrigit leges, eam pœnam statuentes.

Respondet Molina de Just. & jure to. 1. tract. 2. disp. 176. ubi diffusè propagat priorem sententiam, Respondet, inquam, 28. quòd Matrimonia, quo ad fieri commode possit, libera esse debeant, non tollere, quòd minus Reipublica statuere possit rationabiles pœnas, ad retrahendum ab abusus & peccatis, quæ in eis celebrandis, cum Reipublica, ipsorumque contrahentium detrimentum, minoriq; ipsius Sacramenti decentia, intervenire possunt; sicut antequam Matrimonium clandestina à Tridentina Synodo irrita effecta, quòd Matrimonia libera esse deberent, nihil impediabat, quòd minus pœnaria, & excommunicationis pœna, ab Ecclesia ipsa, clandestinè contrahere intendentibus statueretur, ut ab eo contrahendi modo, quo occasio erat multorum malorum, homines abstinere; cum tamen multi & multæ, non aliter, quàm clandestinè, contrahere cum ea possent, cum quibus volebant.

Item: quòd Matrimonia libera esse debeant, non tollit, quòd minus is cogatur pœnis cum ea contrahere, cui se eandem dicitur uxorem promissit. Pœna autem que non habet, est conventionalis, quam privatus apponant, aut quæ Matrimonio præjudicium afferat; non autem Ecclesiæ in eo cap. aut in quovis alio jure, in mentem venit, irritas facere leges aut pœnas, quas Reipublica sæcularis, ad impediendos abusus & peccata, ipsamet contrahentibus, & Reipublicæ noxiis,

& Sacramento minus decentia, merito statuerent; neque in Ecclesia, ut dictum est, videtur esse talis potestas. Hæc ille.

Addo ego: satis probabile esse, ut ostendimus Sect. 1. presentis Disputationis Concl. 11. Sponsalia licite muniri pœnis, dandis ab injuste resiliens, non obstante capite, *Gemma*. Proinde etiam ex jure Canonico non requiritur omnimoda libertas in hoc contractu; sed solum libertas justa, & rationalis; quæ etiam requiritur ex jure civili, ut videre poteris loco citato. Sicut ergo libertati, requisitæ ex jure civili, non repugnant leges illæ, quæ puniunt exheredatione Matrimonium, contractum contra voluntatem parentum; ita etiam non repugnant libertati, requisitæ per Jus Canonicum. Prima ergo probatio Sanchii nullatenus convincit intentum.

181. *Secunda probatio Sanchii.*
 Probat. 2. quia cap. *Tuam*, de Ordine cognit. & cap. *Causam*, 2. Qui filii sint legitimi, & c. 1. de Sponsal. definitur, causas matrimoniales, & condere leges circa Matrimonia, non spectare ad potestatem sæcularem. Hinc Concilium Trident. sess. 24. Can. 12. *Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos; anathema sit.*

Respondet Molina supra n. 29. aliud esse causam matrimonialem, aliud verò abusam, Reipublicæ, ipsi quæmet contrahentibus noxium, qui cum voluntate contrahendi sine parentum consensu interdum est conjunctus; atque illud primum spectare solum ad Ecclesiasticas potestates: puniri verò hoc secundum, postquam Matrimonium est celebratum, nihil se immiscendo in Matrimonii contractu, validum si fuerit, ritè que juxta divinum jus, statutaque Ecclesiæ celebratus, an non, pertinere ad laicas potestates, ad quas eadem ratione spectat statuere prius leges, & pœnas, quibus idem abusus puniatur.

182. *Tertia probatio Sanchii.*
 Addere possumus tertiam probationem, ex eod. Concil. ead. sess. de Refor. Matr. c. 9. ubi: *Præcipit S. Synodus omnibus, cujuscumque gradibus, dignitatis & conditionis existant; sub anathematis pœna, quam ipso facto incurram, ne quovis modo directe vel indirecte subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quò minus liberè Matrimonia contrahant.* Ergo illicitæ ac nullæ sunt leges, quibus statuitur, ut parentes exheredare possint filios, nubentes contra ipsorum voluntatem.

Respondet Molina supra n. 30. perspicue non esse in eo capite sermonem de iis, qui filii ab his familiis, aut filiis sine parentum consensu contrahentibus pœnam statuunt; id quod Patres, ad dubia, quæ circa Concilium Tridentinum occurrunt, expedienda, deputati expresserunt: neque enim eo in loco ulla fit mentio de parentibus, qui ea de causa filias exheredant; sed esse solum sermonem

de his Principibus & Magistratibus, qui sibi subditos cum iis Matrimonia invito celebrare cogunt, quos eâ ratione ditare volunt. Ita Molina.

Porro rationes illius Auctoris (ut notat Pontius supra) quibus probat suam sententiam, omnes eò tendunt, quòd illis legibus, non fiat injuria Sacramento; cum, etiam si nubant filii invito parentibus, Matrimonium valeat. Ex alia verò parte cedit in magnam Reipublicæ utilitatem, ne sublato fræno ac metu exheredationis, filii familias deturpent, ignobiles ducentes uxores. Nec verò deest in Principe sæculari potestas; quia quando lege vel statuto nullum damnum Sacramento Matrimonii, neque bono spirituali contrahentium sequitur, & ex alia parte, abusus Reipublicam fœdantes, pacemque publicam & commune bonum perturbantes impediuntur, non video (inquit Molina) cur afferendum sit, vel Ecclesiam unquam intendisse id prohibere Principibus sæcularibus, quò minus eas leges ferrent, vel esse potestatem in Ecclesia, ad id prohibendum.

Sed dicit aliquis de facto Ecclesia, postquam filia ad pubertatis annos pervenit, elegit que contrahere cum viro indigno, non solum permittit; sed etiam adjuvat & defendit, ut, parentibus etiam invito, in ipsius facie contrahat; idque propterea, quòd juris sui sit ad id faciendum, per accidensque, utendo ita jure suo, malè faciat, ac peccet, non parendo patri, seque ita turpiter abjiciendo: ergo propterea quòd, ita permittente, adjuvante ac defendente Ecclesia, in facie ipsius contrahat, neque pater neque sæcularis Respublica potest eam punire, præsertim pœnâ ad eò accerba, ac est exheredatio.

185. *Solutio à Molina.*
 Respondet Molina supra n. 27. hoc argumentum probare quidem, sponsum & sponsam habere jus, ad tradendum sibi mutuo per Matrimonii contractum, quem in facie Ecclesiæ celebrare volunt, potestatem in sua corpora, taleque Matrimonium validum esse; neque Ecclesiam eo ipso, quòd ita in ipsius facie contrahere volunt, posse illos impedire; quin potius teneri, eos adjuvare, protegere ac defendere, etiam adversus parentes; ne postquam id ita elegerunt, jure illo uti prohibeantur: nihilominus id non tollere, quin inordinatè contra parentum voluntatem, cum tanto suo, parentum, ac Reipublicæ detrimento id ita volendo, peccent, possint que id circò à parentibus, & Republica, legitimæ privatione, alii que pœnis, quæ prudentis arbitrio, bono Reipub. expedire videbuntur, justè puniri, ne familia flagitia passim in Republica deinceps fiant. Itaque non punitur contractus Matrimonii, usque juris in tradenda mutua potestate corporum; sed inobedientia & inordinatio in utendo

183. *Rationes Molinae Pontius.*

184. *Objectio.*

185. *Solutio à Molina.*

tunc cum illis circumstantiis eo jure, & cum tanto detrimento proprio, & parentum, ac Reipub. quod nequaquam Ecclesia approbat, sed vituperat ac detestatur, ut patet 20. q. 5. c. 1. 3. & 4. Haec tamen Molina.

186. Aliter responderi possit ad hoc argumentum cum Pontio supra n. 28. Ecclesiae Praelatos non sine peccato favere, ante contractum Matrimonium, filiis volentibus contrahere sine parentum consensu, quando parentes iuste & ex rationabili causa contradicunt; alias si iuste id Praelati facerent, daretur bellum utrimque iustum, scilicet inter parentes impediennes & Praelatos defensores, quod multis confirmat Menochius lib. 1. Consil. consil. 96. à n. 32. Cooperantur ergo iniquitati filiorum, quod sine peccato non licet. Unde & cautè Tridentinum sess. 24. cap. 1. de Refor. Matr. tunc tantum vult denuntiationes licite à Praelatis omitti posse, quando probabilis suspicio subest, Matrimonium malitiosè impediendum; ubi satis aperte insinuat, si iuste & non malitiosè à parentibus aut aliis Matrimonium impediatur, non esse favorem praestandum ab Ecclesia. Haec ille.

187. Qui etiam alio argumento probat sententiam Molinæ, dicens n. 29 Si negari non potest, iustas esse eas condiciones, quæ in Majoribus apponi solent, ut ad alios transeant, si qui vocatur ad successione nupserit impari, aut infecto Judæorum aut Saracenorum sanguine, quæ privata lex quædam est; cur etiam non licebit Principibus, potestatem facere parentibus, ut hæreditatis aut legitimæ beneficium privent filios, contra eorum rationabilem voluntatem nubentes? Ita Pontius.

188. Hinc etiam solvitur aliud argumentum ejusdem Auctoris, de Judice civili, qui iuste potest adigere aliquem ad Matrimonium; v. g. offerendo reo liberationem à morte, si velit tale aut tale Matrimonium contrahere; sicut enim quilibet privatus, qui offerret alicui summam pecuniæ, si velit cum tali persona contrahere, per hoc non censetur minuire libertatem Matrimonii contra leges Ecclesiasticas, ita nec ille Judex, qui absolute non cogit, sed solum invitatur ad Matrimonium spe illius liberationis; de quo casu inferius iterum agetur. Ergo Judex civilis potest constituere legem publicam, quæ privet, contrahentes contra voluntatem parentum, hæreditate aliàs sibi debita; Negatur Consequentia. Quia in priori casu Judex agit instar personæ privatae, offerens lucrum indebitum, id est, vitam aliquam iuste auferendam; hic autem tamquam persona publica privat contrahentes hæreditate, quæ licet non sit perfectè, & undeque debita, & sic non omnino agatur de damno vitando; at etiam non omnino agitur de lucro acquirendo, sed partim agitur de damno vitando, cum sit jus acquisitum filiis ad legitimam, quæ absque gravi delicto privari nequeunt, & sic habet rationem gravissimæ poenæ. Ita Sanchez lib. 4. disp. 25. num. 5.

189. Cæterum ad primam rationem in principio Conclus. adductam, Respondet Sanchez supra; non ad legem sæcularem, sed Ecclesiasticam de Matrimonio pertinere disponere, quæ vult, non tantum ne absolute impediatur libertas Matrimonii, contra hanc illas leges civiles minui libertatem, sed ne minuat, certum autem est per illas leges civiles minui libertatem, esse non absolute impediatur.

190. Ad 2. rationem ait: etiam quatenus contractus, non posse legem civilem statui aliquid, per quod minuatur libertas Matrimonii; repugnat enim ac resistit jus Canonum; quod quod pertinet principaliter de Matrimonio disponere, cum dignius, quod in ipso est, sit esse Sacramentum, & per consequens rem spiritualem; ac sic trahat ad se ministeriale, scilicet esse contractum. Ita Sanchez. An probabilius, ut ipse putat, relinquatur utramque sententiam, & quidem priorè indubie in sæcularibus Tribunalibus Judicibus amplecterentur. Posteriorem autem Judicibus Ecclesiasticis.

191. Et hinc Carolus 5. Edicto 4. Octobris 1540. prohibuit, Ut nemo sollicitus aut alibi casu filiam 20 annis minorem, promissis matrimonialibus, aut de facto Matrimonium cum ea inerat, citra consensum patris, aut matris, promorumque consanguineorum, si illi carum, aut demum Magistratus. Simili poenâ imolentur mulier, quæ juvenem 25. annis minorem solaverit. Nemo hujusmodi Matrimonii interfecti, consentiat, conjunctos hospitet, sub poena 100. sirenorum, seu gravi arbitraria. Notarii contractus aut promissa hujusmodi non scribant, sub poena privationis & arbitraria. Fiscales animadvertant diligenter, ut hujus ordinationis transgressores sine conventu puniantur. Ita relictus Franciscus Zypæus in Notit. Juris Belgici Tit. de Spons. & Matrim. & continuè addit: Sed Edictum hoc ferè agit de Specta

13
Sac

186. Alia solutio ex Pontio.

Trid.

187. Probatio sententia Molina ex Pontio.

Resp. ad hanc probationem.

188. Solvitur aliud arg. ejusdem Auctoris, de Iudice civili.

raptus, & clandestinis Matrimoniiis, quæ dolis & malis artibus conciliantur, in quas fertur, & iis pœnas proponit.

Alterum Edictum 23. Novemb. 1623.

191. Alterum Edictum Philippi 4.

Philippi 4. refert ibidem præfatus Auctor sub hac forma verborum: *Philippus autem 4. posteriori Edicto prius illud innovavit decrevitque, ut filii familias minores 25. annis, qui in scitis aut in vitis parentibus, & omnes minores, qui sine consilio & consensu proximorum consanguineorum paterni & materni lateris, & tutorum seu curatorum cuiuscumque sint qualitatis, contraxerint, incapaces sint omnium lucrorum, quæ directè vel indirectè alter ab altero petere possent, per conventiones, donationes inter vivos, aut causâ mortis, testamenta, successiones, consuetudinem seu alium quemcumque modum; declarando irritas quascumque conventiones & donationes, in alterius utilitatem factas: eaque dispositio vigeat, quamvis postea parentum consensus superveniat.*

Possumt huiusmodi etiam filii familias à patre & matre exheredari; nec recipiatur querela sub prætextu legitimæ dotis, alimentatio- nis, aut consuetudinariæ devolutionis, quoad bona profecta à latere superstitis, qui ex iis filio inobediens jus adimere poterit; non aliis tamen, quibus ex eadem devolutione, jus aliquod debitum sit.

Non comprehenduntur eâ constitutione filii familias majores 25. annis, dummodo consilium patris & matris requisierint. Sed neque ii, quorum matres ad secundas nuptias convolaverint, quibus duobus casibus consensum expectare non tenentur. Hucusque Edictum.

192. Subjungit Zypæus: Et verò casus, hoc Edicto prohibitos, existimo nihilominus juxta præfationem referendos ad Edictum anni 1540. quod parentum dissensum ad censuram Magistratus remittit; qui rationes exiget: quæ si legitimæ non fuerint, Magistratus officium supplebit, & auctoritate suâ contrahendi facultatem faciet, & pœnæ eximitur, quod auctore iudice fit.

Sub Magistratu tam Ecclesiastico, quam civilem accipio: quod magis Edictum confert, nolle adverteri cap. 9. sess. 24. de Marr. Trid. anathema statuenti, ipso facto incurrendum per eos, qui quovis modo directè vel indirectè minis & pœnis subditos suos, vel quoscumque alios cogunt, quod minus liberè Matrimonia contrahant. Hæc ille. Et plura de hac materia apud eundem Auctorem reperies.

Sub Magistratu tam Ecclesiastico, quam civilem accipio: quod magis Edictum confert, nolle adverteri cap. 9. sess. 24. de Marr. Trid. anathema statuenti, ipso facto incurrendum per eos, qui quovis modo directè vel indirectè minis & pœnis subditos suos, vel quoscumque alios cogunt, quod minus liberè Matrimonia contrahant. Hæc ille. Et plura de hac materia apud eundem Auctorem reperies.

Prout etiam apud Antonium Anselmo Tribonianum Belgici cap. 17. & 54. Et priori quidem cap. 5. 1. reprehendit novas Consuetudines Antuerpienses, quod part. 2. tit. 2. art. 15. exheredationem, quam statuunt filiis minorennibus, nubentibus absque con-

filio parentum, vocent pœnam. Et §. 2. dicit, non debere admitti ea, quæ habentur in eisdem Consuetudinibus part. 1. tit. 14. art. 21. quatenus ibi per formam pœnæ, alibi nubentibus, & Matrimonium consummantibus, statuitur, ut amittant jus civitatis, domiciliumque. Statutum enim, inquit, quo imponitur contrahentibus Matrimonium pœna, est nullum & invalidum. Et ratio est; quia Matrimonium & ejus causa, & ipsius dependentia pertinent ad forum Ecclesiasticum, cum sit Sacramentum. Quapropter non potest Statutis laicorum regi.

At verò in posteriori capite, multis rationibus adductis, probat, Edicta Caroli 5. & Philippi 4. esse valida. Primò; quia nihil circa vinculum Matrimonii, aut de ejusdem validitate, aut invaliditate, nec adversus Canones quidquam disponunt, sed potius, inquit, dicendum est, eosdem juvare & promoveri; cum enim Ecclesia hujusmodi Matrimonia semper detestata sit; Edicta verò nostra impediunt, ne fiant, & transgressores puniri velint; res manifesta est; Principem jus Pontificiû, non ledere, sed potius confirmare.

193. Hæc Edicta esse valida probatur ex Anselmo.

Secundò; Constitutiones hæc latæ sunt, ad persuadendam honestatem & obedientiam, quæ existit in exigendo parentum consensu ab ipsis filiis ad conjugalem contractum; versantur quoque dumtaxat circa accidentia Matrimonii, & non derogant libertati Ecclesiasticæ, nisi per accidens.

Secunda probatio.

Tertiò; testator potest disponere, ut ejus filia nubat de consilio alicujus tertii, & filio præcipere, ut cum certa persona contrahat, & ne extra certum genus personarum id faciat. Quod autem privato licet, Principi denegari non potest.

194. Tertia.

Quartò; prædicta bina Edicta sunt lata propter bonum publicum, ut conservetur pax & concordia inter cives, & ad finem, ne puellæ nobiles, maximè divites, vel filii familias masculi minores, habentes tamen ætatemabilem ad contrahendum, maximè, ubi essent divites, decipiantur, ineundo Matrimonium inæquale respectu sanguinis, ætatis, divitiarum & morum, & per quod toti familiæ infamia seu macula inuri possit.

Quarta.

Taceo; pœnas, Constitutionibus hisce impositas iis, qui clandestinè contrahunt, maximè servire ad evitandum peccatum, & ne minores contrahant cum personis prohibitis, & inter quos cadit impedimentum. Et quod primo loco proponere debuissim, Princeps noster est in centenaria possessione condendi hujusmodi Edicta, quæ possessio tantæ virtutis & efficacis est, ut licet non possit libertatem vel potestatem Ecclesiasticam in totum tollere aut obolere, tamen in quibusdam articulis ei possit derogare. Covar, pract. quæst. 7. n. 5. Hucusque Anselmo.

195. Princeps noster est in centenaria possessione condendi hujusmodi Edicta. Covar.



Tholosan. Syntag.

Et allegatis pluribus Auctoribus, qui tenuerunt hanc opinionem, ultimo loco ponit Tholosan. Syntagm. lib. 9. cap. 3. ubi probat & tenet, quod manente Matrimonio Judex secularis possit imponere prohibitionis poenas, & eas exequi.

Ansel.

Nec obstant (prosequitur Anselmo) ea, quæ in contrarium allegantur: quod enim Afflict. d. loc. allegat, statutum laicorum, contra jus canonicum in materia matrimoniali, ipso jure esse nullum, id (nisi fallimur) ex prædictis confutatum apparet. Hæc ille.

196.

Edictum Caroli impanis poenam.

Quæ si vera sunt, id est, si Judex secularis, manente Matrimonio, potest imponere prohibitionis poenas, & eas exequi; cur non potest eas imponere per formam poenæ in ipsum Matrimonium? Nonne id facit Edictum Caroli 5. dicens: *Simili poenâ innodetur mulier, quæ juvenem 25. annis minorem seduxerit*, id est, cum eo contraxerit Matrimonium, citra consensum patris aut matris &c? Nunquid aliter loquuntur Consuetudines Antuerpienses p. 2. tit. 2. art. 15. ubi statuunt: *Dat de minariarighe ten bouwelijcke komende, sonder raet van hunne Ouders, verwallen inde pene vande ontferffnisse?* Cur ergo Anselmo potius reprehendit hanc locutionem, quam istam?

Edictum Philippi non utitur nomine poenæ.

De minorennium Matrimonii (inquit ille cap. 17. §. 1.) sine consensu parentum initis, reverenter respectu Sacramenti loqui convenit; ut præfatum Edictum 1623. sine nomine poenæ, factum referendo, & disponendo. Unde a. 2. d. Edicti 1623. significat Princeps, non adversus Matrimonium se agere, sed adversus irreverentiam & inobedientiam filiorum. Hæc ille.

197.

Consuetudines Antuerpienses vocant exheredationem poenam.

Sed ego non invenio differentiam inter illum articulum, & Consuetudines Antuerpienses, nisi quod Consuetudo exheredationem nominet poenam, quæ est parva, immo, meo judicio, nulla irreverentia Sacramenti. Art. 2. sic ait: *Possunt hujusmodi etiam filii familias, qui scilicet contrahunt in scisci aut in vitis parentibus, à patre & matre exheredari*. Consuetudo autem ait: *Filii minorenes, nubentes sine consilio parentum, incurrun poenam exheredationis*, id est, possunt in poenam sui delicti, scilicet irreverentiæ & inobedientiæ, à parentibus exheredari. Unde non ponitur hic exheredatio per modum poenæ in ipsum Matrimonium; sed in delictum commissum à filiis contrahentibus Matrimonium.

Præterea; si verum est, quod, manente Matrimonio, Judex secularis possit imponere prohibitionis poenas, & eas exequi, difficultas apparet veritas ejus, quod ait Anselmo cap. 17. *Statutum, quo imponitur contrahentibus Matrimonia poena, est nullum & invalidum*. Castrenf. lib. 1. Consil. 12. num. 2. & 3.

Et ratio est; quia Matrimonium, & ejus causa, & ipsius dependentia, pertinent ad forum Ecclesiasticum, cum sit Sacramentum, cap. *Debitum*, de Bigamis, c. *Tuam*, de Ord. cognit. c. *Lator*, Qui filii sint legit. Quæ propter non potest statutis laicorum regi. Sic ille. Tu cogita.

Ego interea pergo ad jus commune, relictis aliis legibus specialibus, quæ videri possunt apud Alios, pergo, inquam, ad jus commune, quod etiam statuit poenam exheredationis nubentibus sine parentum consensu, non quidem generaliter, sed concurrentibus cum his tribus conditionibus. Prima, ut parentes voluerint filiam Matrimonio collocare, & dotem secundum vires substantiæ lux trahere. Secunda, ut filia illi Matrimonio repugnet, & simul vitam luxuriosam eligat. Tertia, ut sit minor 25. annis.

Ita colligitur ex Authent. Ut cum de appellacione &c. cap. 3. ibi: *Si alicui ex prædictis parentibus, volenti sue filie, vel nepotum suorum dare, & dotem secundum vires substantiæ sue pro ea præstare, illa non consensit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si vixit ad viginti quinque annorum etatem præverit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc conigerit in juvo corpore eam peccare; aut sine consensu parentum maritus, libero tamen, conjugere: hoc ad ingratiæ nem filie nolumus imputari, quia non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscitur*. Hæc est undecima causa, propter quam decernitur in illa Authent. parentes posse exheredari filiam suam.

Circa quam causam observandum præterea cum Molina supra n. 12. quem sequitur Sanchez lib. 4. disp. 24. n. 5. semper præsumendum esse, velle parentes virum, & dote competentem filia aut nepoti dare, quod contrarium aliunde non constat. Quia (inquit Sanchez) plus filios, quam se ipsos diligunt; arg. l. 8. ff. Quod metus causa, ibi: *Hæc quæ diximus ad Edictum pertinere, nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis: cum præ affectu parentes magis in liberis vereantur*.

Immo (addit hic Auctor) licet dict. Authent. videatur exigere, patrem se obtulisse ad maritandam & dotandam filiam, antequam 25. annos expleverit: at verè id non exigitur, sed potest exheredari, licet pater ad hoc non se obtulerit. Quia fortè facultas non fuit, vel ob negligentiam. Quod clarè significat dict. Authent. reddens rationem, quare post 25. annum non possit filia exheredari, ibi: *Quia non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscitur*: nam pater non videtur negligens, nec culpæ reus usque ad illam ætatem. Et expressè probatur per l. *Si filiam*, 19. junctâ Authent. *Sed si post*, ibi: *post 25. annos, C. de Inoffic. testam. Subdo verba legitur*.

& Authent. Si filiam tuam, eo quod turpiter, & cum flagitiosa fœditate vivit, a successione tua excludendam putes: si non inconcluso calore, sed ex meritis ejus ad id odium incitatus es, potestremi judicii liberum arbitrium habebis. Ita Lex. Sequitur Authent. Sed si post 25. annos, te differente filiam marito copulare, ea in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo, marito se, libero tamen, copulaverit; eam exheredare non potes.

Quem casum Covar. cap. Raynutius, de Test. initio n. 15. aliàs 21. sic explicat: Si, inquit, à patre, nondum negligente eam marito tradere, cum adhuc 25. annorum ætatem non excefferit, luxuriosam vitam elegerit, ita ut meretrix fiat. Hæc ille. Et ita (inquit Sanchez supra) juxta hæc, erit sufficiens exheredationis causa, quando filia minor 25. annis elegerit vitam luxuriosam.

Ex quo inferit hic Auctor n. 6. non satis esse, si semel aut bis copiam sui corporis furtim filia faciat, ut possit exheredari. Quia dicit Authent. cit. Ut cum de appellatione. Luxuriosam degere vitam elegerit. Sic Covar. supra, dicens: Ita ut meretrix fiat. Non vocatur autem meretrix, quæ semel tantum aut bis copiam sui corporis facit, idque furtim. Idem docet Molina supra n. 13. Et licet lex aliqua Hispaniæ videatur exigere, ut in lupanari publico meretrix fiat; at satis erit (inquit Sanchez supra) extra locum publicum; quia videlicet Authent. illa nullam facit mentionem loci publici.

Cumque etiam non meminerit filii, sed solius filia, non videtur filius posse exheredari, tamen si ante annum 25. eligat vitam luxuriosam; cum enim hæc lex sit poenalis, non est extendenda ultra proprietatem verborum, maxime cum non sit eadem ratio; nam vita luxuriosa filia, magis cedit in dedecus familiae & parentum, quam vita luxuriosa filii, adedque multo gravius est delictum in filia. Ita cum Aliis docet Sanchez supra n. 11.

Hinc etiam fit, ut notat Sanchez supra n. 7. & docet Covar. supra, & Alii à Sanchez citati, estò pater luxuriosè vivat, nihilominus posse exheredare filiam, luxuriosè viventem ante annum 25. expletum; quia vita luxuriosa quoad infamiam, & damna inde secuta, non ita vituperatur in viris, sicut in foeminis, ut Multis citatis, probat Tiraquelus lib. 1. Connub. n. 45. Matrem verò luxuriosè viventem, non posse filiam ea de causa exheredare, arg. l. In arenam, l. 1. ibi: Nam talem filium merito quis indignum suâ successione judicat, nisi & ipse similis conditionis sit. Quia tunc pari turpitudinis vitio afficitur: Hinc Gloss. in dict. Authent. verb. Professiones, inquit: Nam nihil Judeus Judeo, nihil Catilina Cethego, & nihil dolosus doloso. ut ff. de Do-

lo. l. Si duo, & Cod. de Hered. l. Quoniam, & Cod. de Inoffic. test. l. In arenam.

Quod tamen temperandum est, inquit Sanchez supra n. 8. nisi mater sit correctâ. Tunc enim, secundum Omnes, potest filiam meretricem exheredare. Quia jam non est in pari turpitudinis causa. Non constat autem inter DD. quo tempore debeat esse hæc correctio. Communis enim sententia docet, satis esse tempore mortis; quia ultima consuetudo inspicienda est, arg. leg. Mela, ff. de Aliment. & c. §. 2. ibi: Quid ergo, si cum testaretur, minus præstabat, plus mortis tempore, vel contra? Adhuc erit dicendum, eam præstationem sequendam, quæ novissima fuit. Ubi Gloss. verb. Novissima, inquit: Sic habetur Cod. Ne de stat. defun. l. Si mater. Et nota tempus mortis inspicere.

Sed bene (inquit Sanchez) Minchaca de Successionum creat. p. 1. lib. 1. §. 10. n. 611. hoc reprobat, dicens, oportere correctam esse tempore, quo testamentum scribebat: ne tunc injusta videretur mater, turpitudinem, in seipsa admittam, improbens in filia, ob eamque exheredans in illo testamento contra dict. l. In arenam C. de Inoffic. testam. Item, quia qualitas adjuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, l. In delictis, 4. ff. de Noxal. act. ibi. Si extraneus servus sciente me fecerit; eumque redemero; noxalis actio in me dabitur: quia non videtur domino sciente fecisse, cum eo tempore dominus non fuerim. Quare cum dicta lex: In arenam, & Authent. Ut cum de appel. & c. §. Aliud quoque verbi. Si præter, decidant, turpiter viventem non posse ratione similis turpitudinis exheredare: intelligi debent, quando similis turpitudino aderat, tempore, quo exheredat in testamento. Hactenus Sanchez.

Sed mihi magis placet communis opinio; eò quod testamentum, perse consideratum, semper usque ad mortem potest revocari & mutari: Testamentum enim (ait Apostolus Hebr. 9. v. 17.) in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit, qui testatus est. Idemque omnia jura, & Gentium mores docent. Vide Covar. Rub. de Testam. p. 2. in principio. Sufficiet ergo, quod mater sit correctâ pro illo tempore, quo testamentum valet, id est, tempore mortis. Et consequenter dicerem, exheredationem non valere, si tempore mortis mater sit meretrix, estò talis non fuisset tempore, quo scripsit testamentum.

Cæterum, ut filia exheredari non possit propter vitam luxuriosam, oportet, ut compleverit 25. annos; sic enim scriptum habes Authent. Sed si post C. de Inoffic. testam. Sed si post 25. annos & c. Et in alia Authent. Ut cum de appel. & c. Si vero usque ad 25. annorum ætatem pervenerit, ubi ponitur ætas in plurali, & in genitivo, & cum verbo sub-

203. Etiam mater, si fuerit correctâ.

L. 14. ff. de Alim.

Pro tempore, juxta Sanchez, quo testamentum scribebat; Minchaca;

L. 4. ff. de Noxal. act.

204. Communis opinio docet, satis esse, si tempore mortis.

Covar.

205. Quid requiratur, ut filia exheredari non possit propter vitam luxuriosam.



junctivi, & cum præpositione, *Per*, quæ omnia perfectionem & complementum important, ut tradunt communiter DD. l. *Si cui legatur*, in principio n. 5. ff. de Legat. 1. Ita Sanchez sup. n. 9.

Sanchez.

206.

An possit exheredari si contrahat cum servo? Affirmat Sanchez, cum Gloss.

Sed quid, si post 25. annos filia contrahat Matrimonium in vitis parentibus cum mancipio seu servo (nam si cum libero, certum est, quod non possit exheredari, ut statim patebit) nunquid poterit exheredari? Affirmat Sanchez supra n. 10. & colligit à contrario sensu ex Authent. antea allegatis, ibi: *Sed si post 25. annos & c. sine consensu tuo, marito se (libero tamen) copulaverit, eam exheredare non potes.* Ergo, inquit Sanchez, à contrario sensu, si servo nubat, poterit exheredari. Ita tenet Gloss. in dict. Authent. Ut cum de appell. verb. *Usque ad viginti quinque*, dicens: *Ergo è contra, si fuerit minor, & peccat in suum corpus: justa est exheredationis causa; vel etiam major; si copulet se servo; arg. ff. de Offic. ejus cui man. est juris. l. 1. ibi: Hujus rei fortissimum argumentum, quod lege Julia de vi nominatim cavetur, ut is, cui obigerit exercitio, possit eam, si proficiatur, mandare. Non aliter itaque mandare poterit, quam si abesse cæperit: cum aliis jurisdictio etiam à præsepte mandetur.*

207.

Impugnatur à Covarr.

Sed hoc argumentum à contrario sensu non placet Covarr. to. 1. de Matrim. p. 2. cap. 3. §. 8. n. 5. ibi: Sed nec eorum opinionem coadjuvat, nec nostram improbat text. in dicta Authent. *Sed si post*, cum sensu à contrario collecto videatur Gloss. opinionem probare; qui quidem sensus, contra jura canonica in conjugali materia admittendus non est; & potissimè, quia in Novella Græca Justiniani 115. Ut cum de appell. §. *Aliud quoque*, à qua deducta est constitutio præfata: *Sed si post*, non sint illa verba, ex quibus prædictus sensus colligitur, in Codicibus Haloandri: tametsi extant integrè in Scrimgeri editione, & apud Henricum Agylæum, quare consultius est, ad jura Pontificia provocare, cum ex littera illius Novellæ, etiam juxta vulgarem editionem, Glossarum opinio adhuc probetur urgentius, quam ab ipsis fuerit adnotata; nimirum juxta vulgarem editionem patrem posse exheredare filiam, quæ intrâ 25. annum, absque ejus consensu, etiam digno nupserit: item & eam, quæ post 25. annum cum eo Matrimonium contraxit, qui liberæ conditionis non erat. Hæc ille.

Subdo ego verba Gloss. in Authent. *Sed si post*, verb. *Libero*: *Si ergo vel servo se copulet, vel ante peccet cum quocumque, justa est causa exheredationis: nam his casibus vetera jura non corriguntur: remaneant ergo: ut infra de Appell. l. Præcipimus, in fine. Quidquid autem hæc lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis, omnes relictum intelligant.* Ex quibus verbis manifestè

patet, eam posse exheredari secundum hanc Gloss. quæ post 25. annum cum eo Matrimonium contraxit, qui liberæ conditionis non erat.

Quod autem pater possit exheredare filiam, quæ ante 25. annum absque ejus consensu etiam digno nupserit, salvo meliori, non videtur rectè inferri ex illa Authentica. Ut cum de appell. quæ tantum loquitur de filia eligente vitam luxuriosam, qualis non est ista, quæ nupserit digno. Immo neque illa, quæ nupserit indigno; unde nec hæc posset exheredari, dummodò indignus ille sit liberæ conditionis.

Nec obstat; quod in eadem Authentica, inter cæteras causas exheredationis, nominetur: *Si gravem & inhonestam injuriam eis ingesserit*; nam hoc intelligendum est, juxta Molinam supra n. 13. de injuria per se & directè illata parentibus, qualis est contumelia gravis, verbo illis illata, aut qualis est in patris ignominiam cornua pro foribus illius appendere, vel aliud simile; non autem de injuria per accidens atque indirectè, & præter filii mentionem in parentem redundante, ut est, abjectissimam ducere uxorem, quæ mancipium non sit; filium proditorem esse patris, aut intentasse interficere Regem; filium amicitiam inire cum capitalibus hostibus patris, non animo illos adversus patrem adiuvandi, sed quia filio placet illorum amicitiam, suntque aliæ similes. Hæc Molina.

Dices: l. *Non tantum*, 3. ff. de Bonorum poss. contra tab. sic scriptum habetur §. *Emancipatus*: *Nam & si tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut dedecori sit tam ipsi, quam patri, mulierem talem habere: dicemus, quod ex ea natum ad bonorum possessionem avi admitti, cum possit avus jure suo uti, eumque (sicut filium) exheredare.*

Respondet Sanchez supra cum Aliis, quod citat, illam legem esse correctam per Authenticam: Ut cum de appell. cognosc. ubi deciditur, propter nullas alias causas, quam ibi expressas, posse filiam exheredari. Hæc autem non est ibi expressa. Accipe verba Authenticæ: *Sed quia causas, ex quibus ingratii liberi debeant judicari, in diversis legibus dispersas, & non aperte declaratas invenimus: quarum aliqua nec dignæ nobis ad ingratitudinem visæ sunt: aliquæ vero cum essent dignæ, prætermisæ sunt: ideo necessarium esse persequimur eas nominatim præsentis lege comprehendere, ut præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in hujus constitutionis serie continentur.*

Porrò in hac serie non contineri causam expressam in lege: *Non tantum*, docet Gloss. ibi verb. *Exheredare*, dicens: *Sed ista hodie non est de causis ingratitudinis, quæ sunt in Auth.*

themica: Ut cum de appell. cognosc. §. Causas, cum seq. §. Itaque neque ex lege: Non tantum, efficaciter probatur, filium jure communi posse exheredari, si infra 25. annum nuperit indigna; multò minus si nuperit digna.

Si autem à me queritur; an teneantur parentes dotem constituere filia; ipsi invititis nubenti. Respondeo citius.

CONCLUSIO V

Parentes tenentur dotare filiam, nubentem ipsis invititis, in casibus, in quibus non possunt eam exheredare; nisi ita dives foret, ut alimenta haberet.

Suppono ex jure communi, patrem teneri constituere dotem filiabus; quas Matrimonio collocat. Habetur expressè l. 1. §. ff. de Ritu nupt. sequentis tenoris: Capite trigesimo quinto legis Juliae: qui liberos; quos habent in potestate; injuria prohiberimus ducere uxores vel nubere; vel qui dotem dare non volunt, ex constitutione divorum Severi & Antonini, per Provinciales Praesidesque provinciarum coguntur in Matrimonium collocare & dotare. Ubi Gloss. verb. Dotare: Est enim paternum officium dotare filias: ut C. de Dotis promiss. l. fin. §. Utraque, ibi: Neque enim leges incognita sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progeniti.

Suppono præterea; dotem non tantum constitui filia; ut virum inveniat, & alimenta habeat; sed etiam ad sustinenda Matrimonii onera; arg. cap. 14. de Uxoribus ibi: Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera Matrimonii supportanda. Et leg. 20. Cod. de Jure dotium. Pro oneribus Matrimonii, mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit &c. Item ne à viro spernatur; mulier enim indotata facillè ab ipso despicitur, Authent. de Nuptiis cap. 18. ibi: Si quis sub potestate constitutam mulierem, voluntate parentum, aut etiam suæ potestatis forte ducat uxorem, neque dote oblatâ; neque instrumentis dotalibus factis; nuptiae quidem sunt; licet dotalia instrumenta non sint conscripta, ut non ob hoc vir (quod in multis novimus factum) expellat domo uxorem, sine ulla prius auctorum rationabilium causarum.

Suppono 3. ad taxandam dotem; considerandam esse dignitatem filia; & mariti, quantitatem facultatum patris, & numerum liberorum. Constat ex Conc. Arelatensi & refertur cap. 6. 30. q. 5. Nullum sine dote fiat conjugium; juxta possibilitatem fiat dos. Ubi Gloss. verb. Juxta possibilitatem: Id est, secundum facultatem & viri nobilitatem, ut ff. de Jure do-

211. Pater tenetur dotare filiam, quando pater potest filiam exheredare, non tenetur eam dotare.

212. Suppono præterea; dotem non tantum constitui filia; ut virum inveniat, & alimenta habeat; sed etiam ad sustinenda Matrimonii onera; arg. cap. 14. de Uxoribus ibi: Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera Matrimonii supportanda. Et leg. 20. Cod. de Jure dotium. Pro oneribus Matrimonii, mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit &c. Item ne à viro spernatur; mulier enim indotata facillè ab ipso despicitur, Authent. de Nuptiis cap. 18. ibi: Si quis sub potestate constitutam mulierem, voluntate parentum, aut etiam suæ potestatis forte ducat uxorem, neque dote oblatâ; neque instrumentis dotalibus factis; nuptiae quidem sunt; licet dotalia instrumenta non sint conscripta, ut non ob hoc vir (quod in multis novimus factum) expellat domo uxorem, sine ulla prius auctorum rationabilium causarum.

213. Suppono 3. ad taxandam dotem; considerandam esse dignitatem filia; & mariti, quantitatem facultatum patris, & numerum liberorum. Constat ex Conc. Arelatensi & refertur cap. 6. 30. q. 5. Nullum sine dote fiat conjugium; juxta possibilitatem fiat dos. Ubi Gloss. verb. Juxta possibilitatem: Id est, secundum facultatem & viri nobilitatem, ut ff. de Jure do-

rium, Quero: quæ est lex 60. & ita sonat: Quero, quantum pecunie dotem promittenti adulem mulieri curator consensum accommodare debeat, respondit: Modus ex facultatibus & dignitate mulieris maritique statuendus est, quousque ratio patitur. Adde leg. 43. ff. de Legat. 3. Si filia; pater dotem arbitrata tutorum datus fuisset: Tubero proinde hoc habendum ait, ac si viri boni arbitrata legatum sit. Labeo querit, quemadmodum apparet quantum dotem cujusque filia; boni viri arbitrata constituit oportet aut, id non esse difficile ex dignitate, ex facultatibus, ex numero liberorum testamentum facientis aestimare. His præmissis.

Dico 1. in casu, in quo parentes filiam possunt exheredare, non tenentur eam dotare. Ita Sanchez lib. 4. disp. 26. n. 1. cum Aliis, quos citat. Probat; quia alimenta & dos in jure æquiparantur, valeatque argumentum ab alimentis ad dotem; sed dum parentes possunt exheredare, non tenentur ad alimenta; ergo nec ad dotem.

Sed hoc argumentum non videtur convincere; nam secundum eundem Auctorem eadem disp. n. 5. quàmvis filia; diviti non teneatur pater alimenta præstare, tenetur tamen dotem constituere. Unde in hoc casu favorabilior est causa dotis, nec valet argumentum ab alimentis ad dotem. Et ratio patet ex supposito 2. quia dos non tantum constituitur filia; ut virum inveniat, & alimenta habeat; sed etiam ad sustinenda onera Matrimonii. Manet ergo assignanda ratio disparitatis, sive causa, cur potius in uno, quàm in alio casu valeat argumentum ab alimentis ad dotem.

Ratio ergo disparitatis videtur esse; quòd in priori casu negatio alimentorum procedat ex delicto, secus in posteriori. Porro delictum, quod meretur exheredationem, quæ est maxima poena, & per consequens subtractionem alimentorum; etiam meretur subtractionem dotis, quæ est minor poena, quasi in exheredatione inclusa; quippe dos est quasi pars hereditatis; qui ergo totum meretur amittere, multò magis partem. Cui hæc disparitas non placet; querat meliorem.

Dico 2. pater tenetur dotare filiam majorem 25. annis ipso invito nubentem, est dotem filia; non promiserit, indignoque nuptur. Ita docet Sanchez sup. n. 1. c. Aliis, quos citat. Probat: quia filia; ex consensu patris nubenti absque dotis promissione, tenetur pater dotem constituere; sed filia; majori non est culpæ tribuendum; sine patris consensu nupsisse, cum pater fuerit in mora; ergo non est, cur dote privari debeat. Major constat ex 2. Supposito: quia videlicet non tantum dos debet constitui, ut filia virum inveniat, & habeat alimenta; sed etiam ad onera Matrimonii sustinenda, & ne à viro spernatur. Minor probatur ex Authentica: Sed si post, de

L. 43. ff. de Legat. 3.

214. Quando pater potest filiam exheredare, non tenetur eam dotare.

Sanchez

215. Pater tenetur dotare filiam majorem 25. annis, ipso invito nubentem.

In-

Inoffic. testam. sup. allegata. Conseq. patet, quia nulla ratio disparitatis. Nam quod nupserit indigno, patet sibi ipsi debet imputare; quia fuit in mora, non collocando eam digno; & aliunde fieri potest, ut non minus, immo magis indigeat tunc dote ad sustinenda onera Matrimonii; cur ergo dote privari debeat, aut possit?

216. *Quid si fuerit minor 25. annis, & nupserit digno? Tenetur eam dotare.* Sanchez.
Dico 3. si filia minor 25. annis nupserit digno absque consensu patris, sive promiserit dotem, sive non promiserit, tenetur pater eam dotare. Ita Sanchez supra n. 16. & 17. Et ratio est: quia pater tenebatur eam maritare & dotare, ut patet ex dictis Supposito 1. & sic cum ipsa se maritaverit digno, rem, ad quam tenebatur pater, utiliter gessit: sicut si emeret aliquid sibi necessarium, ad quod emendum tenebatur pater, licet sine patris consensu emerit, tenebitur pater solvere, quia rem patris gessit. Et licet in modo nubendi deliquerit, equidem peccatum non est tantum, ut mereatur talem poenam; cum ergo aliàs pater teneretur dotare, non eximeretur ab eo onere in hoc casu.

Limitatio ex Sanchez.
Hoc tamen limitat Sanchez supra n. 18. cum Aliis, quos citat, nisi filia dives sit, possitque dotem promissam aut non promissam solvere; tunc enim licet dignissimo nubat, non tenetur pater dotare, ita postulante ratione naturali.

217. *Obiectio solvitur.*
Quod si objicias: indè sequi, nullam esse differentiam, quando filia nubit digno, & quando nubit indigno; nam in hoc casu tenetur etiam dotare, quando ipsa est pauper. Respondet Sanchez; hoc distare, quòd quando nupserit digno, & est pauper, tenetur id plene dotare; quando autem indigno, non tenetur plene, sed tantum juxta quantitatem alimentorum, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt. Hæc ille.

Itaque quando filia indignum Matrimonium iniiit, si ita dives est, ut alimenta habeat, non tenetur pater eam dotare. Quia non videtur æquum, compellere parentes ad dotandam filiam divitem, quæ turpi Matrimonio totum familiæ decus denigravit. Si autem alimentis careat, tenetur pater dotare in modica quantitate, convenienti ad alimenta vitæ necessaria. Et hoc propter æquitatem naturalem, ne fame pereat.

218. *Quid dicendum de filio.*
Et idem dicendum de filio, ducente uxorem absque consensu patris; nam si aliunde non habeat alimenta, tenetur pater ea præstare; secus si filius sit dives. Et non tantum tenetur pater præstare alimenta tali filio pauperi, sed etiam uxori ejus. Quia ut habetur l. Si quis à liberis, §. 12. ff. de Agnos. & alend. liber Non tantum alimenta, verum etiam cætera quoque onera liberorum, patrem à Judice cogi præbere, rescriptis continetur. Ubi Gloss. verb. Cetera, inquit: *Ut vestimenta, habitatio-*

nem pro se & pro suis liberis, & uxore. Onera enim filii & obligatio est, quando uxorem sine dote duxit, ipsam alere; ergo tenetur pater tali uxori alimenta præstare in defectum filii, sive honesta seu digna sit, sive inhonesta seu indigna; cum propter illam indignitatem exhæredari nequeat, & consequenter nec alimentis necessariis privari. Ita docet Sanchez supra n. 21.

Immo tamen si filius posset exhæredari, adhuc verius est, teneri præstare alimenta, præcisè ad vitam necessaria: & per consequens filiam, tamen si posset exhæredari, dote in quantitate necessaria ad ratià alimenta, quæ ei aliunde alimentà ei non suppetent, sed fame periret. Ita docet Covar. 4. Decret. p. 2. c. 8. §. 6. n. 17. aliàs 27. limitat autem, nisi in casu ingratitude, propter quam filius esset morte dignus: tunc etenim, inquit, non esset iniquum filium privari etiam his alimentis, quorum indiget ad subsidium vite, ne pereat. Quod ego intelligerem, si privaretur ab illis, quorum est morem insilligere.

Cæterum si aliquis interroget, quale Matrimonium dicatur indignum, ut filii aut filia, illud ineuntes contra voluntatem parentum, dote & alimentis, non necessariis ad vitam, possint privari? Respondent Alii quædam Sanchez supra n. 22. eum conjugem indignum dici Matrimonio alterius, qui indignitate turpi affectus est, ut si sit infamis, aut autem, qui imparis est conditionis. Sic Bgel. verb. Dos, 4. ubi Sylvest. q. 4. Tabl. q. 3. n. 4. Armilla n. 6. & referunt Antonium & Immolam cap. Accedens, de Propos. Sed, inquit Sanchez, neuter id affirmat.

Ipse autem docet 1. eum conjugem indignum, cui alter Matrimonio copulatus, quæ dedecore, juxta civitatis mores, notetur. Probat ex lege aliqua Hispanica. Et facit, inquit, optimè l. Si adulterium cum incestu, Stuprum, ibi: *Contumacia juris, & sanguinis contumelia, ff. ad legem Juliam de Adult.* Subscribo totum §. *Stuprum in sororis filium si committatur, an adulterii pena sufficiens considerandum est. Occurrit quòd hic dupliciter commissum est: quia multum interest, errore Matrimonium illicitè contrahatur, an contumacia juris, & sanguinis contumelia concurrant. Ergo is conjux indignus est, cui alter abique decore non potest copulari. Quid tibi videtur? Nunquid optima Consequentia? Non capio, inquit: nam per Sanguinis contumeliam, ibi intelligitur incestus.*

Interim citat Sanchez multos Auctores pro sua opinione, concludens illum a. his verbis: Favet Covar. 4. Decret. 2. p. c. 3. §. 8. n. 7. ubi dicens, patrem non teneri dotare filiam nubentem indigno, reddit rationem, quia indignis nuptiis totum familiæ decus denigravit; ergo censet indignum Matrimonium

nium esse, quod sine familiarum dedecore iniri nequit. Hæc ille.

Sed in libro, quo ego utor, non invenio illa verba Covar. Quia indignis nuptiis &c. Quæ ergo? §. 8. n. 8. sic ait: Hæc verò omnia cessant, quando filia nupsit indigno ac ignominioso viro: tunc enim pater non tenetur eidem dotem constituere &c. Non enim est compellendus pater a filia affectus injuriæ & ignominia ei dotem dare. Item n. 9. Hæc tamen communis (opinio) non procederet quando filia nupsit ignominioso & indigno sine licentia patris. Qualiter autem in his verbis Covarruvias faveat opinioni Sanchez, relinquendo considerandum studio Lectori. Sanchezium sequitur Dicastillo hic disp. 4. n. 202. sed nullum aliud affert fundamentum.

Dicastillo

222.

De aliquo indigno judicari de hoc ex bo- nis animi, ex Sanchio. L. 11. de Sponsal. L. 14. C. de Nupt.

Docet præterea Sanchez supra num. 24. indignum etiam judicari ex bonis animi, ut si conjux malis moribus imbutus sit, arg. leg. Sed quæ, 12. ff. Sponfal. ibi: Tunc autem solum dissentienti a patre licentia filia conceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat. Et leg. Vidue, 18. Cod. de Nuptiis, ibi: Quod si in conventionis delecta, mulieris voluntas, patris repugnat sententia & propinquorum: placeat admodum (in virginum conjunctionibus sancitum est) habendo examini auctoritatem quoque judicariæ cognitionis adjungi: ut si pares sint genere ac moribus competitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbaverit.

Sed hæc lex non loquitur de viro & muliere; sed de pluribus viris, qui eandem prætendunt mulierem, ut patet ex ly, Competitores, & dum tales sunt pares genere ac moribus, lex tribuit viduæ potestatem alterutrum eligendi, etiam contra sententiam patris. Ergo conjux judicatur indignus, si malis moribus imbutus sit; non est evidens Consequentia.

Cæteroqui Sanchez pro sua sententia citat Menochium de Præsumptionibus lib. 4. Præsumpt. 189. num. 85. & favent, inquit, Angel. Authent. Quibus mod. natur. efficitur. legit. & Baldus leg. Nec filium, Cod. de Nuptiis, ubi dicunt, meretricem esse personam indignam. Et idem dicit Menoch. de viro, qui meretricatur vel leno est. Hæc Sanchez.

223.

Meretricis est personam indignam ex Dicastillo.

At verò Dicastillo supra num. 203. de femina, inquit, meretricis, tum ex hoc capite, tum ex dictis in prima assertione, satis constat; est enim turpe & indignum, juxta Gentium morem, hominem præsertim honestum, ducere meretricem, etiam si jam meretricari desierit.

Major difficultas est de viro, & quidem Sanchez ex Menochio dicit idem esse judicium de viro, qui meretricatur vel leno

est. In qua re ego distinguerem: atque in primis, si de eo lenonum genere loquamur, qui pro turpi lucro, aliquam vel aliquas foeminas, aliorum libidini prostitutas habent, cum quibus & ipsi etiam turpem habent consuetudinem, de hoc hominum genere, etiam si jam ad frugi se receperint, & omnino lenocinari, aut meretricari desierint, semper judicarem esse indecorum feminae honestæ, & familiaræ, quantumvis pauperi, & communis conditionis, honeste tamen, tali viro nubere; si tamen fuerit solum mulierosus homo, & amicus alicujus vel aliquarum, & jam emendaverit vitam, vel penitentiis circumstantiis credatur, aut satis probabiliter speretur, quod legitimam accipiens uxorem, à turpi deinceps consuetudine abstinebit: non putarem illum censerì indignum conjugem, etiam comparatione cujuslibet honestissimæ & nobilissimæ foeminae; quid enim magis notum & tritum, magisque usu receptum, quam juvenes nobiles, etiam primæ nobilitatis, antequam legitimo Matrimonio copulerentur, aliquo tali vitio laborare, id quod pro Matrimonio ineundo cum paris generis & conditionis femina, non tanti momenti æstimatur, ut eo ipso censeatur indignus conjux. Unde existimo hoc, quod atinet ad disparitatem in moribus animæ, prudentis judicio discernendum esse. Hactenus Dicastillo.

Ratio autem disparitatis inter virum & feminam hæc est; quod illa turpitudine sit magis abominabilis in foeminis, quam in viris, ut patet ex dictis Sect. 2. Concl. 8. ubi de fornicatione sponsi & sponsæ.

Docet 3. Sanchez supra num. 25. etiam dici conjugem indignum ex bonis fortunæ. Sic Alios referens Menochius supra, ut si iam conjux pauperior notabiliter sit. Quod intelligo, nisi aliunde excessus hic in divitiis compensetur, ut si pauperior nobilior sit. Ita Sanchez.

224.

Dicitur etiam si iam conjux indignus ex bonis fortuna.

Quem sequitur Dicastillo supra n. 204. continuò atroxens illis verbis Sanchez: Verum in hoc etiam, salvo meliori judicio, multa consideranda sunt, tum ex parte viri, tum ex parte foeminae; nam si in genere nobilitatis sint pares, aut certè supæres (aliquid enim dandum est amori, qui magnum habet momentum in negotio & societate Matrimonii) non semper ea inæqualitas in bonis fortunæ, quamvis maxima, indignum reddit Matrimonium; quin immò sæpissimè videmus viros prudentes in uxorem coopartare foeminam æquè nobilem, omni prorsus dote destitutam, nimirum, quia ex parte sua satis habent pro oneribus Matrimonii sustinendis, atque educanda prole; immò non sine laude liberales se ostendunt, constituendo illi dotem in omnem eventum.

Sanchez, Menochius, Dicast.

Neque hoc tantum in viris comparatione feminarum, sed in feminis quandoque erga viros id usu venit; nimirum nobiles & prædivites feminæ, virum quærunt, se generis nobilitate non indignum, cui & sibi satis habent in bonis fortunæ; immò non raro fatiis sibi putant, virum ipsum, cui nubunt, antecederet demereri, id computantes in maximum amoris pignus impolterum, & non immeritò præeligunt habere virum, qui plus ipsis debeat, quàm è converso; & nemo est, qui iure id ipsis vitio vertat; ergo non eo ipso, quòd sit nimia disparitas in bonis fortunæ, si in nobilitate, cæterisque dotibus paritas sit, censendum est indignum Matrimonium.

225.
Dotes corporis & animi computanda etiam sunt pro dignitate conjugii.

Accedit; aliquid etiam dandum esse corporis & animi dotibus, quas appellant personales, ut si pulchritudine, prudentiâ, virtute, famâ & similibus præluceat, quæ omnia in compensationem bonorum fortunæ vocanda non immeritò sunt. Quapropter pensandæ sunt omnes circumstantiæ, maximè quando juxta morem patriæ, non solet in feminis dos magna requiri, ut in his Regionibus Germaniæ, in quibus nunc versor, usu video receptum; ubi feminis, etiam nobilibus, multis in locis, vel nulla, vel exigua nimis dos solet constitui. Hucusque Dicastillo.

226.
An sit indignus, qui habet impedimentum Matrimonii.

Ultimò docet Sanchez num. 26. etiam indignum dici conjugem, cum quo Matrimonium consistere non potest ob aliquod impedimentum, nisi in eo sit dispensatum; quia nuptiæ debent esse convenientes de jure, & de facto, ut docet Gloss. leg. *Si rogatus*, 20. ff. de Manumiss. vind. verb. *Matrimonii*, dicens: *Indignè assumuntur, quæ duci prohibentur*. Atque pro hac doctrina plures Alios ibi refert Sanchez.

Sanchez.
Dicastillo.

Et quàmvis Dicastillo supra num. 206. dicat, id esse verissimum; addit tamen, se non videre, quomodo possit ad præsens negotium pertinere; nam si non est dispensatum, non est Matrimonium; hinc autem agimus de ineunte Matrimonium indignum; at quod Matrimonium non est, neque indignum Matrimonium est, *Quia non entis nullæ sunt qualitates*. Si autem est dispensatum, non potest ex eo capite impedimenti, in quo est dispensatum, censeri Matrimonium indignum. Hæc ille.

227.
De quo impedimento hoc debet intelligi.

Quæ vera sunt, si per impedimentum intelligatur dirimens; alioquin, si etiam tantum prohibens, liquidò constat, tamen non sit dispensatum, tamen esse verum Matrimonium; & per consequens, posse esse Matrimonium indignum, quod cum impedimento contrahitur, si reverà illud impedimentum sufficiat ad indignitatem. Quòd autem doctrina Sanchii sit intelligenda de solo impedimento dirimente, videtur colligi ex his verbis: *Cum quo Matrimonium consistere non*

potest. Gloss. quidem citata generaliter dicit: *Indignè assumuntur, quæ duci prohibentur*; sed in probationem adducit §. *Si adversus*, In l. 1. ff. de Nuptiis, qui §. loquitur de nuptiis invalidis; sic enim sonat: *Si adversus ea, quæ diximus, aliqui coterint; nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec Matrimonium, nec dos intelligitur*.

Fateor, Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ, puniri potest, & debet; ut expressè decernitur cap. 1. de Matrim. contract. cont. interdict. Ecclesiæ, lib. 1. Et imposita sibi de tanto excessu penitentia condignâ. Item cap. 2. eod. libi: *Alia tamen penitentia eis debet imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt*. An autem propterea debeat dici Matrimonium indignum, ita ut puniri possit, aut debeat, subtractione dotis & alimentorum, quæ non sunt necessaria ad vitâ, non constat ex illis iuribus.

Sed quorsum hæc omnia, dicit aliquando Responder bene Sanchez supra n. 27. Hæc maximè advertenda sunt, ad verificandam causam, allegari solitam in matrimonialibus dispensationibus: *Quia non invenitur conjugum æqualis*. Quàmvis enim genere & divitiis æqualis, si pessimis moribus imbutus sit, dicitur indignus & inæqualis; vel si divitiis aut genere inæqualis sit, ita ut, prudentis arbitrio, ignominiosum sit, cum illo Matrimonium inire.

Imò (addit Dicastillo supra num. 206. quàmvis nuper dixerim, non esse censendum indignum Matrimonium, etiam si minus honestè egerit cum aliis feminis Matrimonium, si speretur fore corrigendum sub Matrimonio; item posse non censeri indignum conjugem, etiam si careat bonis fortunæ, quibus alter abundat; quàmvis, in præteritis hæc dixerim, non tamen puto carere iustitanti causâ ad petendam dispensationem, si copuletur cum consanguineo, intrâ gradum prohibitos; quando, nisi dispensatio detur, non facile invenit sibi parem conjugem in divitiis, aut qui non prædictis moribus sit aut imbutus; neque enim cogendus est conjugum ad quærendum sibi parem, qui aliquo vel egestate laboret, vel saltem aliquando minus castè & honestè se gesserit. Unde nec patiatur, poterit verè pro causa dispensationis allegare, se non facile invenire sibi parem, computando prædictas disparitates in divitiis & moribus. Hæc ille.

Ego etiam non dubito; quin impedimentum, tantum prohibens Matrimonium cum aliis, possit esse causa sufficiens, ad petendam dispensationem, ut contrahat cum consanguineo intrâ gradus prohibitos; quando, nisi dispensatio detur, non facile invenit sibi æqualem, non impedire tali impedimento; est aliòquin si contraheret cum talibus

impedito, non foret Matrimonium indignum, in ordine ad subtractionem seu negationem dotis. Atque hæc satis de consensu parentum. Possit hic etiam disputari de consensu domini, an & quomodò requiratur ad validum aut licitum Matrimonium servari; sed commodiùs de eo tractabitur in sequenti parte, ubi de impedimento servituti.

Restat hic examinandum; an lex naturæ permittat Matrimonium cum pluribus, vel simul, vel successivè. Pro resolutione erunt duæ sequentes Conclusiones.

CONCLUSIO VI.

Unus potest successivè cum pluribus contrahere.

230. Hæc Conclusio est contra Cataphryges, qui, teste S. Augustino lib. de Hæref. cap. 26. Secundas nuptias pro fornicationibus habent: & idè dicunt, eas permisisse Apostolum Paulum, quia ex parte sciebat, & ex parte prophetabat: nondum enim venerat, quod perfectum est. Item contra Catharos, qui, ut testatur ibidem Augustinus, cap. 38. Seipfos isto nomine, quasi propter munditiam, superbissimè atque odiosissimè nominant: secundas nuptias non admittunt, penitentiam denegant, Novatorum sectantes hæreticum; undè etiam Novatiani appellantur.

Porro, secundum eundem S. Doctorem ibidem cap. 86. Tertullianus factus est hæreticus, quia transiens ad Cathaphryges, quos antea destruxerat, cepit etiam secundas nuptias, contra Apostolicam doctrinam, tanquam supra damnare.

231. Ergo, secundum S. Augustinum, Conclusio nostra est doctrina Apostolica, ad Rom. 7. v. 2. & 3. Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi (Matrimonii) si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri (seu Matrimonii). Igitur vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri; ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et 1. Cor. 7. v. 39. & 40. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit: quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat: tantum in Domino. Beatior autem eris, si sic permanferit secundum meum consilium. Ergo consilii tantum est, abstinere à secundis nuptiis, mortuo priori viro, & à tertiis nuptiis, mortuo secundo viro.

232. Quod scitè animadvertit D. Augustinus lib. de Bono viduitatis cap. 12. sic scribens: De tertiis, & de quartis, & de ultra pluribus nuptiis, solent homines movere quæstio-

nem. Undè, ut breviter respondeam, nec ullas nuptias antè nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam det damnarè: numerositatis auferre. Sed ne cuiquam brevitas hujus responsionis mea forè displiceat, uberius disputantem reprehensorem meum audire paratus sum. Fortassis enim asseret aliquam rationem, quare secunda nuptia non damnentur, tertia damnentur, & ego sicut in exordio sermonis hujus admonui, non audeo plus sapere, quàm oportet sapere. Quis enim sum, qui putem definiendum, quod nec Apostolum video definisse? At enim: Mulier alligata est, quamdiu vir ejus vivit: Non dixit, primus, aut secundus, aut tertius, aut quartus: sed, Mulier, inquit, alligata est, quamdiu vir ejus vivit: si autem mortuus fuerit vir ejus &c. Quid huic sententiæ, quantum ad hanc rem attinet, addi vel detrahi possit, ignoro. Deindè, ipsum quoque Apostolorum ac nostrum Magistrum & Dominum audio Saducæis respondentem, cum proposuissent mulierem non univiram, vel biviram; sed, si dici potest, septiviram, in resurrectione, cujus futura esset uxor &c. Sed nec ipsam, ut videmus, eos maritorum mulierem ullà suæ sententiæ significatione damnarunt. Quapropter nec contra humane verecundia sensum audeo dicere, ut quoties voluerit, viris mortuis nubat, femina: nec ex meo corde, præter Scripturæ sanctæ auctoritatem, quantalibet nuptias audeo condemnare. Quod autem dico univiræ viduæ, hoc dico omni viduæ: Beatior eris, si sic permanferis. Hactenus D. Augustinus.

233. Sed & ipsas juniores viduas Apostolus vult nubere 1. ad Timoth. 5. vers. 14. dicens: Volo ergo juniores (viduas) nubere, filios procreare, matres familias esse. Quæ verba sic explicat D. Augustinus supra cap. 8. Nuptiarum, inquit, bonum Apostolicâ sobrietate & auctoritate commendat, non procreandi officium, etiam eis, quæ continentia bonum capiunt, tanquam ad obsequiam legis imponit. Denique cur hoc dixerit, pandit, cum adjungit & dicit: Nullam occasionem dare ad verliario maledicti gratia. Jam enim quædam conversæ sunt retrò post satanam: ut bis verbis ejus intelligamus, eas quas nubere voluit, melius posse continere, quàm nubere; sed melius nubere, quàm retrò post satanam ire, id est, ab illo excellenti virginalis, vel vidualis castitatis proposito, in posteriora respiciendo cadere & inerrare.

Vult ergo Apostolus eas viduas nubere, quæ non continent, juxta illud, quod habet 1. Corinth. 7. v. 8. & 9. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permancant, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant. Melius enim est nubere, quàm uri. Et quomodò nubere melius est viduis, si secundæ nuptiæ pro-

fornicationibus haberi debeant? Itaque Apostolica doctrina est, secundas & posteriores nuptias esse legitimas, seu legitimum & licitum remedium incontinentiae.

234. Hinc recte constituit Synodus Nicaena Can. 8. ut Cathari redeuntes ad Ecclesiam Catholicam, haec praeter omnibus scriptis profiteantur, *Quod Catholicae & Apostolicae Ecclesiae dogmata suscipiant & sequantur, id est, & his qui se communicare, & his qui in persequutione prolapsi sunt &c.* Seitd etiam respondit ad hanc quaestionem: *An mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus, secundum leges diffinitum.* Respondit, inquam, Urbanus 3. Exonen. Episcopo, ut refertur extra de Secundis nuptiis cap. 4. *Quid cum Apostolus dicat: Mulier viro suo mortuo, soluta est a lege viri sui, in Domino nubat, cui voluerit; per licentiam & auctoritatem Apostoli, ejus infamia aboletur.*

C. 4. de Secundis nupt. Idem respondit Innoc. III. P. nobili mulieri, ut refertur eod. tit. c. 5. sequentis tenoris: *Cum (secundum Apostolum) mulier mortuo viro suo, ab ejus sit lege soluta, & nubendi cui vult tantum in Domino liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiae sustinere iacturam, quae licet post viri obitum, infra tempus luctus (scilicet unius anni spatium) nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo utitur potestate: cum in his praesertim seculares leges non dedignantur sacros Canones imitari. In quibus iuribus manifeste supponitur secundas & posteriores nuptias contrahi posse per licentiam & auctoritatem Apostolicam.*

C. 5. cod. Quod novissime definitum seu docuit Concilium Florentinum in Decreto Eugenii ibi: *Decimo, quoniam asseritur, nonnullas quartas nuptias tanquam condemnatas respicere, ne peccatum, ubi non est, esse putetur (cum secundam Apostolum, mortuo viro, mulier sit ab ejus lege soluta, & nubendi, cui vult, in Domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo primo, secundo, vel tertio) declaramus, non solum secundas ac tertias, sed & quartas atque posteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstat, licite contrahi posse. Commendatorem tamen dicimus, si ulterius a conjugio abstinentes, in castitate permanferint: quia sicut virginis castitatem laudem & merito praefendam esse censuimus.*

235. Probatur Concil. ex Florent. Ita lego in Summa Concil. Auctore Francisco Longo. Item in alia Summa Auctore Bartholomaeo Caranza. Sed apud Binium To. 4. Conc. illa verba non reperio. Sed neque ista, quae in d. Summis Septimo, & Octavo traduntur. Praeterea in d. Summis loco ly Decimo deberet esse, *Non*, cum aliud *Non* non assignent, sed ab *Octavo* transeant ad *Decimo*. Unde haec dissonantia proveniat nescio, poterit diligens Lector investigare.

Longus. Caranza. Binus. Bellarm. Hinc Bellarminus lib. 1. de Matr. cap. 9.

volens probare secundas & tertias & quartas & alias deinceps nuptias esse licitas, adducit testimonium Florentini, juxta, inquit, fidem ejus, qui Summam Conciliorum collegit.

Insuper etiam hanc veritatem (quamvis non expressè definiat, quia tunc temporis non erat satis nota, neque aliqua controversia inter ea cum Haereticis) Concilium Tridentinum, quando sess. 24. can. 2. ait: *Si qui dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulli lege divina esse prohibitum; anathema sit.* Ubi cum ait, *Simul*, satis innuit, licet sive posse plures habere. Et revera, quid aliud clamat universalis Ecclesiae consuetudo?

Astipulatur quoque doctrina sanctorum Patrum variis in locis. Divum August. supra satis audivimus. Nec minus aperte loquitur divus Hieronymus ad Pammachium in Apoligetico contra Jovinianum (& refertur 31. q. 1. c. 11.) *Aperiamus quosdam aures electiores mei, & videam me secundas & tertias nuptias concessisse in Domino. Qui secundas & tertias non damnavi, primum peti damnatum Matrimonium? Idem ibidem: Non damno bigamos, imò nec trigamos, & si dici potest, octogamos. Idem ibidem: Ego etiam male libera voce proclamo, non damnari in Ecclesia bigamiam, imò nec trigamiam, & si licet quaedam & sexta & ultra quoquo modo marito nubere.*

Quando ergo idem sanctus Pater lib. 1. contra Jovinianum (& refertur 31. q. 1. c. 11.) ait: *Considera quòd quae duos habuit viros, si anus est & decrepita, & egeat, Ecclesia per non meretur accipere. Si autem panis illi situr elemosinae, quanto magis ille panis in caelo descendit: quem qui indignè comedent, erit violari Corporis & Sanguinis Christi. Ubi videtur significare, animum, quae duos habuit viros, indignè fumere Eucharistiam.*

Hæc, inquam, verba & alia, quae ecclesie capite ex sancto Hieronymo referuntur, intelligenda sunt de iis, qui simul plures habent uxores, vel simul plures habent maritos, prout ea intellexit Glossa, dicens: *In hoc capite redarguit Hieronymus eos, qui simul plures habent uxores; & eas, quae simul plures habent maritos. Primo, exemplo Samaritanæ, à Domino reprehensæ. Secundo, ratione institutionis conjugii. Tertio, exemplo Lamech, inde panis graviter. Quarto, argumento à minori ad maius inferens ex simplici bigamia ad talem. In hoc reprehendit quosdam, qui dicebant, secundas nuptias non esse concessa vulvis, nisi in causa. Hæc Glossa in expositione casus.*

Si autem hæc interpretatio non placet, tunc observa id, quod ad multorum Ecclesiarum Doctorum, & Conciliorum, ac Pontificum scripta interpretanda, utilissimum est, observa, inquam, ex 7. Synodo Generali, contra Iconomachos, persecutores imaginum, congregata, actione 6. Cum eo loco

Pontius; (inquit Pontius lib. 7. c. 52. n. 17.) quibusdam testimoniis, ex Doctoribus Ecclesiæ desumptis, quæ objiciebat Gregorius, in quibus imaginum, & sanctorum Virorum picturas reprobare videbantur, responderet Epiphanius, inquit: *Consueverunt Patres nostri sancti, qui voluntatem Dei salutariter nobis exponunt, per exaggerationem mandatorum observationem nos docere, & ad quod mandatum illis scopus vergit, eo præparare auditores, hocque extollere & magnificare.*

Quod duobus eo loco Epiphanius confirmat exemplis. Primum est, quod Amphilo-chius Iconensis Episcopus, cum contenderet, fidei adjungendam mandatorum obseruantiam, quod id magis exaggeraret, dixit: *Cura nobis est, virtutes bonorum virorum eligere, ... ipsi autem templa fabricare, aut imagines illorum in tabulis circumferre, contemneres interim illorum virtutes, hæc quaquam laudabile est.* Quo docuit, curandum nobis potius Sanctos imitari, quam vultus delineare.

Secundum est ex Asterio Amasice Episcopo, qui quod erogandam esse pauperibus eleëmofynam magis urgeret, dixit: *Ne pingas Christum in vestibus; sed magis sumptu illo & expensis pauperibus subveni.* Quibus non reprehendit picturam Christi, sed exaggerando demonstrat, quam Deo acceptum opus fuerit pauperum sustentatio. Ita Pontius.

Et continuè atexit. Eodem ergo pacto interpretemur Chrysostrum & Hieronymum, dicamque, eos ad eò continentiam commendatam voluisse, ut secundas nuptias, quibus inest aliquod incontinentiæ signum, exaggerando minus probasse videantur. Itaque illa per amplificationem & exaggerationem quamdam continentiam dicta, accipienda sunt. Hæc ille.

Ubi cum, præter Hieronymum, audis Chrysostrum, scire debes, quod etiam ex ipso soleat proferri testimonium contra Catholicam veritatem, quod refertur 3 r. q. 1. c. 9 & sic sonat: *Hac ratione & Apostoli præceperunt (alias, permisissent) secundas adire nuptias, propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere, secundum præceptum Apostoli est; secundam veritatem autem rationum, vere fornicatio est. Sed, dum permitteme Deo, publice & licenter committatur, sit honesta fornicatio. Propterea bene dixit, quia Moyses hoc permisit, non præcepit. Aliud est enim præcipere aliud permittere. Quod enim permittimus, nolentes præcipimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.* Ubi Correctores Canonum verb. *Peri fornicatio*, sic aiunt: *Longè cautius loquitur verus Joannes Chrysostrum, cum alibi, tum potissimum in Epist. ad viduam juniorem de non iterando conjugio, quæ nuper Romæ est impressa, negatque*

perspicue, secundum Matrimonium fornicationem esse.

Hinc Bellarminus lib. 1. de Matr. Respondet ad hunc Canonem, eum reverà non esse Joannis Chrysostrum; sed alterius cujusdam, cujus extat opus imperfectum in Mattheum; quod opus, inquit, aut est hominis hæretici, aut est ab hæreticis corruptum; siquidem multa continet, cum doctrina Orthodoxa pugnantia. Verba præsentis Canonis habentur. Serm. 32. in cap. 19. Matth. Et post pauca sic ait: Sed quidquid sit de Auctoris illius mente, certum est, ejus verba non habere in Dogmatibus auctoritatem, præsertim cum verus Chrysostrum Homil. 20. in Epist. ad Ephes. dicat, secundas nuptias non posse damnari. Hæc ille.

Objicitur præterea caput 3. Concilii Neocæsariensis (quod refertur 3 r. q. 1. c. 8.) sequentis tenoris: *De his, qui frequenter uxores ducunt, & de his, quæ sæpius nubunt, tempus quidem poenitentia bis constitutum manifestum est: sed conversatio & fides eorum tempus abbreviat.* Et cap. 7. *Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur, secundis nuptiis poenitentiam tribuere. Quis ergo erit Presbyter, qui propter convivium illis consentiat nuptiis?*

Prima responsio sit Glossæ quæ casum horum capitum sic proponit: *Hugo intellexit hæc capita, de his, qui simul plures habent uxores, vel de his, quæ plures habent viros, de quibus dicitur, quod poenitere debent: nec debet Sacerdos talibus nuptiis interesse. Quidam etiam hoc caput intelligunt de his, qui contrahunt secundas nuptias causa saturandæ libidinis. Alii dicunt, quod hoc dictum est ad errorem. Sed potes dicere, quod cum dicitur, Frequenter, intelligitur de illis, qui ardore libidinis contrahunt: cum dicitur, Nubunt, intelligitur de illis, qui primis viventibus contrahunt.* Et verb. *Ducunt*, explicat: *Plures simul, hodie scilicet unam, cras aliam, vivente primâ. De talibus secundis nuptiis intellige hoc capitulum.* Et procul dubio sic intellectum, nullatenus opponitur nostræ Conclusioni.

Præterea eadem Glossa verb. *Debere*, exponit quid sit, Presbyterum interesse secundis nuptiis, dicens: *Id est, debet deponi, si prior uxor vivat, 11. q. 3. Teugualdum. & etiam intelligas interesse per consensum, vel etiam ut benediceret nuptias, quod non debet, ut extra de Secundis nuptiis c. 1.*

Sed hæc interpretatio Glossæ ait Pontius supra n. 18. ipso textu refellit; indicaretur enim, illo probari duo Matrimonia simul, cum tam levis imponatur poenitentia, nec separari jubeantur. Cur item præciperetur Presbyteris, ne eorum nuptiis interessent, & non fidelibus omnibus, cum secundæ nuptiæ, primis constantibus, nullæ sint & damnatæ?

242. Resp. Bellar.

243. Objezio ex Concil. Neo-cæs.

Prima resp.

244. Impugnatur à Pontio.

Respondetur.

Responderi potest; de levitate, aut gravitate poenitentiae, nihil expressè ibi statuitur; immo potius videtur insinuari gravitas, dum dicitur tempus abbreviandum, propter conversationem & fidem ibi: *Sed conversatio & fides eorum tempus* (poenitentiae, ut notat Gloss. ibi) *abbreviat*. Cur autem magis præcipiatur Presbyteris, ne eorum nuptus intersint, quam ceteris fidelibus, incumbit, nuptias damnatas impedire, & nuptias legitimas benedicere.

245.
Alia solutio
ex Bellar.

Interim illa interpretatio Glossæ non est necessaria; nam dici potest cum Bellarmino lib. 2. de Concil. c. 8. in responsione ad argumentum 4. non prohiberi in illo can. secundum Matrimonium, sed solemnitatem secundi Matrimonii, cui solemnitati propriè convenit nomen nuptiarum. Celebritas enim nuptiarum tantum semel in Ecclesia fieri consuevit, nimirum quando virgines conjunguntur, ut Isidorus testatur lib. 2. de Officiis c. 19. ubi dicit, solum in primis nuptiis dari annulum, & velum quoddam partim album, & partim rubrum, quod flammæum dicebatur; à quo velo nuptias dictas, quia nimirum eo velo obnubuntur capita novarum nuptiarum, testatur Ambrosius lib. 1. de Abraham c. 9. Canon igitur ille prohibet, ne Presbyter celebrati secundi Matrimonii intersit, quin potius poenitentiam injungat iis, qui contra morem Ecclesiæ, in secundo Matrimonio ejusmodi celebritatem adhibuerint. Hæc ille. Adde quæ sæpius contrahentes Matrimonium, non peccant in eo præcisè, quòd sæpius Matrimonium appetant; sed quòd in secundo Matrimonio eam celebritatem adhiberi velint, quæ solum in primo, de more Ecclesiæ, adhibenda est. Et idè imponitur eis poenitentia.

Isidorus.

Ambros.

Potest etiam fieri (inquit idem Auctor lib. 1. de Matr. c. 9.) ut antiqui illi Patres, qui aliis etiam in rebus severiores erant, ob signum incontinentiæ notandos aliquà poenitentia esse voluerint eos, qui sæpè Matrimonium contrahunt: nam Conc. Laëdicenorum can. 1. fatetur, legitimas esse secundas nuptias, & tamen injungit certi temporis poenitentiam iis, qui secundas nuptias appetunt. Sed quæcumque fuerit eorum Patrum mens Concilium fuit particulare, cui rectè opponi potest Concilium Nicænum Generale can. 8. in quo secundæ nuptiæ apertissimè approbantur. Hæc ille.

246.
Tertia solutio.

Subscribo ego can. 1. Concilii Laëdiceni: *De eo, quod oportet secundum Ecclesiasticum canonem eos, qui liberè & legitime secundo nuptiis connexi sunt, nec occultam permissionem operati sunt, pauco tempore exempto, vacare orationibus & jeuniis, secundum veniam reddi eis communionem.* Alia translatio sic habet: *Oportere*

ex Ecclesiastico canone, qui liberè & legitime secundo Matrimonio conjuncti sunt, & clam uxores duxerunt, cum exiguum tempus præterierit, & orationibus & jeuniis vacaverint, eis venia dari communionem.

Ex quo (inquit Pontius supra n. 19.) constat, eo canone, non ob secundas nuptias poenitentiam imponi; sed quòd clam contraxerant. Itaque non secundis, sed occultis & clandestinis nuptiis imponitur poenitentia. Cùm quæ is canon Laëdicenorum ciret Neocæsariensem tertium, planum est Neocæsariensem in cap. de His qui, eodem pacto intelligendum, latum quæ contra eos, qui occultè nuptias posteriores celebrarent. Hæc ille.

Ecce multiplex interpretatio capituli: *De his qui*; elige quam malueris, & non errabis in fide, aut bonis moribus Tantum addo, etiam imponi posse poenitentiam, ubi tantulum est peccatum propriè dictum, iuxta regulam juris 23. de Reg. juris in 6. *Sine causa nisi subici causa, non est aliquis puniendus.* Item potest aliquis puniri sine culpa, quando hoc est causa. Causa autem hic est, emittum incontinentiæ signum, & ne bigamiam, quæ in humanæ imbecillitatis remedium adhibita est, licentius usurpent. Sic etiam olim imponebatur poenitentia iis, qui post conceptum ad conjugem accedebant, quàmvis hæc nunc talis accessus fieret sine ulla culpa.

Atque ex his facile respondetur ad alia testimonia Patrum, quæ contra nos afferunt. Atque in primis ad illud D. Basilii in Ep. ad Amphilochem can. 4. *Trigamorum eundem canonem desumimus, qui in digamis pro proportione. Annum enim in digamis, alii vero duos annos. Trigamis autem septem tribus aut quatuor annis segregant. Uxor non amplius conjugium, sed polygamiam appellat, vel potius castigatam fornicationem. Et Dominus Samaritanæ, quæ quingue maritos habuerat: Quem nunc, inquit, habes, non est maritus, nempe quòd digni non sint, qui in digamie mensura exciderint, ut vel mariti, vel uxoris nomine appellentur.*

Respondet Estius 4. dist. 42. §. 5. Auctoritatem illorum Canonum non esse usquequaque certam; posse tamen allegatum Canonem intelligi eodem modo, quo Canonem Neocæsariensem: fornicationem autem appellari polygamiam hyperbolicè, quædam ardentior uxoris amator adulter à Philo sopho vocatur; nimirum propter affectum benevolentiam uxorem nimis inordinatè amantis; Scripturam autem non ad propositum Canonis allegat, cùm ibi Christus non de viro per conjugium accepto, sed de concubinario loquatur. Unde & mulier ipsa dicebat, *Virum non habeo*; quia videlicet illum, quem occultè habebat, non pro viro, id est, conjugè agnoscerebat. Quæ autem de quarti Matrimonii con-

demnatione ac nullitate, Ballam ibidem adfert ex legibus Imperatorum, ea diserte per Decretum Florentini, Græcis etiam consentientibus, rejecta sunt & reprobata. Hæc ille.

Et sanè videtur hic Canon sibi ipsi contradicere; nam dicit, Samaritanam quinque viros habuisse, juxta illud Christi: *Quinque enim viros habuisti*; & tamen etiam dicit, non esse dignos, qui à digamiz mensurâ exciderunt, ut vel mariti, vel uxoris nomine appellentur, & idè sextum non fuisse ejus maritum. Sed cur minus sextus, quam tertius, quartus, & quintus? Non video rationem disparitatis, si verè sextum per verum conjugium acceperat.

Secundum testimonium est Gregorii Nazianzeni oratione 30. ubi tractans verba Apostoli ad Ephes. 5. sic scribit: *Hæc enim oratione secundas nuptias deprecari mihi videtur. Si enim duo Christi sint, duo quoque viri sunt & duæ uxores. Si autem unus Christus, unum Ecclesiæ caput, una etiam caro sit; secunda autem respuitur. Quòd si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum? Primum lex est, secundum venia, & indulgentia, tertium iniquitas: qui autem hunc numerum excedit, porcinus planè est &c.*

Respondet Estius supra: Gregorium, est vehementiùs locutum; non aliud tamen velle, quam Apostolum deprecari, id est, dissuadere secundas & ultiores nuptias, tanquam intemperantis cujusdam libidinis argumentum; & eò magis, quòd in iis non satis expressa retineatur significatio conjunctionis Christi cum Ecclesia, scilicet unius cum una; & hanc dissuasionem, improprie vocat prohibitionem. Est autem in secundo Matrimonio venia, in tertio iniquitas, non ratione ipsius Matrimonii, secundò & tertio repetiti; sed ratione personarum, quas ferè non desiderium sobolis, sed explendæ libidinis affectus ad iterandas nuptias impellit. Quòd autem Gregorius, eas non simpliciter damnet, patet ex loco, quem supra citavimus, ubi Novatum eo nomine insectatur quòd, contra Pauli doctrinam, adolescentioribus viduis nuptias non permittat. Huc ille Estius.

Subscribo ego verba Gregorii ex Oratione in sancta lumina, quam intelligit Estius per locum supra citatum: *Neque viduis, inquit, adolescentibus propter ætatis imbecillitatem nubere permittis. At Paulus hoc ausus est. Ubi tu scilicet Magister in quartum cælum ascendisti, & alium paradysum, & arcantiora audivistis, & majorem, quam Paulus circuitum Evangelii prædicatione explevistis.*

Ultimum testimonium erit Origenis, qui Homil. 17. in Lucam, de secundis nuptiis agens, dicit; tale conjugium ejicere hominem de regno Dei. Et postea: *De cætu, in-*

quit, *primitivorum immaculatorumque Ecclesiæ ejicietur digamus, non quòd in æternum mittatur incendium, sed quò partem non habeat in regno Dei.* Et quibusdam interpositis dicit, digamum non esse de Ecclesia, licet bonam habeat conversationem, & cæteris virtutibus polleat.

Respondet Estius supra: Origenem distinguere (tametsi non rectè) inter vitam æternam, & regnum Dei, nomine regni Dei intelligens Ecclesiam triumphantem & gloriosam, quam vocat cætum primitivorum. Non aliud ergo vult, quam digamos non habituros, inter eos qui salvantur, locum sublimem, sed inferiorem. Subjungit enim, digamos esse de secundo gradu, & his, qui salvantur quidem in nomine Christi, non tamen ab eo coronantur, videlicet coronâ excellentioris gloriæ. Hæc ille.

Si autem à me quaeritur, cur ergo Ecclesia neget benedictionem secundis nuptiis, si verè sint & licitæ? Item; cur digamos effecerit irregulares. Respondeo ad primum; quia benedictio, cum sit instar consecrationis, semel in primis nuptiis data, non amittitur, & proinde non debet iterari, ut declarat Urbanus tertius cap. 3. de Secundis nuptiis dicens: *Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici; quia cum aliâ vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.*

Ad secundum respondeo: idè Ecclesiam statuisse irregularitatem; quia in secundo Matrimonio deficit perfecta ratio Sacramenti, non quatenus Matrimonium est unum ex septem novæ legis, gratiam conferens ex opere operato; hæc enim significatio nullo modo deficit, sed tantam, immo majorem gratiam possunt recipere conjuges in secundo Matrimonio, quam in primo, si in secundo meliùs sint dispositi; sed Sacramenti latè sumpti, pro signo rei sacræ, quia scilicet in secundis nuptiis non reperitur perfecta significatio conjunctionis unius Christi cum una Ecclesia.

Audiamus de hac re Scotum 4. dist. 33. q. 2. n. 4. *Causa, inquit, quare congruit bigamum arceri ab Ordinibus sacris, una communiter ponitur ab Omnibus, defectus Sacramenti, quam tangit Augustinus dist. 26. c. Acutius, & Ambrosius ibidem c. Una; & arguitur sic: Sacerdos tanquam Christi Vicarius in Ecclesia representans personam Christi, non debet habere aliquid repugnans Christo, in comparatione Christi ad Ecclesiam, & è converso; nunc autem Christus est unicus sponsus unius Ecclesiæ, & Ecclesia est unica sponsa unius sponsi Christi; ergo habens oppositum hujus non rectè signat vel representat Christum in Ecclesia; sed bigamus, qui habuit duas, vel unam quæ fuit duorum, habet aliquid repugnans isti conjunctioni Christi & Ecclesiæ; ergo &c.*

Omitto

Solutio Estii

253; Cur Ecclesia neget benedictionem secundis nuptiis;

Cur digamos effecerit irregulares;

254; Quid sentiat Scotus;

250.

Obiicitur primum testimonium Greg. Nazian.

251.

Respondet Estius.

252.

Primum obijcit testimonium Origenis.

Secunda nuptia sunt odiosa legibus civilibus.

Omitto leges civiles, quibus secundæ nuptiæ odiosæ fuerunt, ut patet ex poenis in odium eorum inflictis, de quibus latè tractat Sanchez lib. 7. disp. 87. & quatuor sequentibus, & dico cum eodem Auctore eodem lib. disp. 81. n. 4. eas jure canonico fuisse correctas, tanquam contra bonos mores, & debitam Matrimonii libertatem, ut patet ex cap. 4. & 5. de Secundis nuptiis, supra allegatis. Et quia nihil aliud dignum solutione occurrat:

255. Probatur Conclusio à priori.

Finio hanc Conclusionem, & assigno rationem ejus à priori; utputa, quia primæ nuptiæ morte alterius conjugis dissolvuntur, ac proinde nullum possunt subsequenter impediunt præstare; neque aliquis est, cui sit superstes conjux obligatus strictâ obligatione ex promissione, vel pacto, vel alio simili titulo. Quod addo; quia Chrysof. Homil. 2. super illud Titi 1. *Unius uxoris virum*, videtur agnoscere obligationem benevolentiam, dicens: *Nam qui defunctæ uxori benevolentiam nullam servasse deprehenditur, quo pacto hic Ecclesiæ Præceptor esse optimus poterit?*

Chrysof.

Itaque tanquam liber ab obligatione strictè dicta (nam si promississet Deo continentiam, indubiè reprehensibilis foret, si iteratò nuberet, juxta illud Apostoli 1. Timor. 5. v. 11. & 12. *Cum luxuriatæ fuerint in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*) poterit contrahere cum altera; neque ex priori Matrimonio ulcùm restat impedimentum; & adhuc manet uterque finis Matrimonii, scilicet generatio prolis, & remedium concupiscentiæ ac vita socialis; & nihil etiam deest huic secundo matrimonio, quò minus sit verè & propriè Sacramentum, juxta definitionem Concilii Tridentini sess. 24. can. 1. *Si quis dixerit, matrimonium non esse unum ex septem Legibus Evangelicæ Sacramentis &c. anathema sit*. Est siquidem signum sensibile, gratiam efficaciter significans.

Trident.

Sed nunquid eadem ratio secundi Matrimonii, primo necdum per mortem dissoluti? Pro resolutione instituitur.

CONCLUSIO VII.

Nulli hodie licet cum pluribus simul contrahere: olim licuit viris.

256. Lutherus non audeat improbare polygamiam. Bellar.

Lutherus (ut refert Bellarminus lib. 1. de Matr. cap. 10. circa initium) in propositionibus de Bigamia Episcoporum, quas edidit anno 1528. ita scripsit propositione 65. & 66. *Nota sunt jura Mosaiica, de fratris defuncti uxore, & de filia corrupta in viro patris, quæ cogunt plurimum esse uxorum virum: quæ*

non magis sunt abrogata, quam reliqua omnia, id est, libera, nec prohibita, nec præcepta.

Deinde in explicatione Geneleos, quam anno 1525. edidit in comment. ad cap. 16. non obiter, sed ex professo disputat, utrum Christianis liceat exemplo Abraham plures simul uxores habere, ac tandem responderet, id neque esse præceptum, neque prohibitum, sed liberum: & se quidem nolle hanc novam consuetudinem introducere, sed nec improbare posse, cum exempla Patrum adhuc sint libera.

Porrò existimat Bellarminus eodem capite in principio, primum, qui inter Christianos nos polygamie aditum patefecit, fuisse Valentinianum Imperatorem, aliqui primum Catholicum Principem. Is enim (ut Socrates refert lib. 4. Hist. c. 27.) cum amore captus esset Justinæ cujusdam, eamque in Matrimonium ducere vellet, retentâ priore conjugè Severâ, ex qua Gratianum filium jam peperat: ut colore aliquo intemperantiam suam tegeret, legem promulgavit, ut liceret cuique duas simul conjuges habere.

Sed Baronius to. 4. ad annum 370. postquam verbis Socratis eandem Historiam laetius retulisset; actum subjungit: At convincitur ex pluribus apertissimis mendacis, annilem vel ab eo concinnatam esse fabulam vel potius ipsum, ab aliquo è trivio acceptum ut verum, conscripsisse commentum. Postquam autem plura adduxit ad hoc probandum, tandem sic concludit: At si cessare hæc omnia: illud unum fatis, ad hujusmodi explodendum commentum. Passurus fuit set Damasus Papa, laturive id reliquit Catholicæ communionis Episcopi, à Christiano Imperatore promulgari legem, quâ foret penitus Christianæ disciplinæ cœlestis atque hæresis sanciretur? Quorum casus obnitendum erat omnibus, ut Generalibus actis Conciliis, adversaria Decreta eledentur, legarenturque Episcopi, qui, velut Joannes Herodem, redarguerent Imperatorem. At de his ne levis quidem rumufculus: cum alioqui si vera fuissent, totus commovendus fuisset Catholicus orbis. Cesset igitur de infami lege suspicio, & de duarum simul uxorum conjugio fileat falsò asserta calumnia, atque evanescat in auras, qui summâ levitate contentatus, & ab aliquibus acceptus est error. Duxit quidem Justinam, sed post Severæ prioris uxoris obitum, cujus nulla postea mentio prorsus habetur. Uique adhuc Baron. cui libenter subscribo.

Parùm refert, quis aditum patefecerit polygamie, sufficit ad propositum nostrum quòd Martinus Lutherus, uti alios errores innumerabiles, ita etiam hunc errorem, cuius nulla ferè memoria apud fideles extabat, à inferis revocare conatus fuerit. Quem

quuntur Anabaptistæ, ut testatur Kemnitius in 2. part. Exam. pag. 1229. ubi fatetur, rectè à Concilio Tridentino damnari hunc errorem de polygamia plurium uxorum simul. Quare fateri debet, rectè etiam damnari Archipropheta Lutherorum, qui in eodem errore fuit; ut reverà damnatur in 2. canone Concilii Tridentini sess. 24. his verbis: Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nullà lege Divinà esse prohibitum; anathema sit. Hæc enim verba, quæ à Kemnitio approbantur, propriè in Lutherum diriguntur, cujus est illa sententia, polygamiam non esse à Deo præceptam, nec prohibitam.

Benè autem notat circa illa verba Estius 4. dist. 33. §. 1. circa finem: incertum esse, an pronomen, Hoc, referatur ad totum illud: Christianis plures simul habere uxores, an verò ad illud; Plures simul habere uxores. Item an, Prohibitum, referatur ad Christianos, an verò absolute positum sit. Innuat tamen (inquit ille) eadem Synodus, jam inde ab initio polygamiam à Deo prohibitam fuisse, cum in capite doctrinæ de Matrimonio, post recitata verba Scripturæ, Gen. 2. Et erunt duo in carne una, subjungit, Christum apertius docuisse Matrimonii vinculo duos tantummodo copulari & conjungi. Dicens enim: Apertius id Christum docuisse, significat initio quidem id etiam traditum divinitus fuisse, sed minus apertè. Hæc ille.

Si ergo à me queritur, quæ sit illa lex divina, cujus meminit Tridentinum in illis verbis? Respondeo citius: prima institutio Matrimonii: sic enim ait Christus Matth. 19. v. 4. & seqq. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi (Pharisæi) Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudiis, & dimittere? At illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur, & qui dimissam duxerit, mæchatur.

Ubi cum dicit Christus: Ab initio autem non fuit sic, satis apertè significat, quod ex prima institutione Matrimonii, quæ est juris naturalis latè sumpti, sive juris divini positivi, ab initio hominibus inspirati, ut alibi latius deduximus, non sit licita polygamia; non solum Christianis, sed etiam Ethnicis; cum ab initio non solum pro Christianis, sed etiam pro Ethnicis sit institutum Matrimonium, unà & eadem institutione.

Hanc veritatem apertissimis verbis post alios Pontifices expressit Innocentius III. cap. Gaudemus, 8. de Divortii ibi: Quia verò Pagani circa plures infimul feminas affectum dividunt conjugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitatur. Et infra. Verum absolum hoc (puta, quod omnes retinere valeant) videtur, & inimicum fidei Christianæ, cum ab initio una costa, in unam feminam sit conversa, & Scriptura Divina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: non dixit, tres vel plures, sed duo: nec dixit, adhærebit uxori-bus, sed, uxori. Et infra. Nec ulli unquam licuit infimul plures uxores habere: nisi cui fuit Divinà revelatione concessum: quæ (Divina revelatio) mos quandoque, interdum etiam fas censetur; per quam sicut Jacob à mendacio, Israëlita à furto, & Samson ab homicidio, sic & Patriarchæ, & alii viri justi, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica hæc sententia probatur etiam ex testimonio veritatis, testantis in Evangelio: Quicumque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur. Si ergo uxore dimissa, duci alia de jure non potest, fortius & ipsa retinenda: per quod evidenter apparet, pluralitatem in utroque sexu, cum non ad impariam (id est, quoad mutuum servitutum, & debitum carnis, & fidem servandam) judicentur, circa Matrimonium reprobandam.

Idem, penè eisdem verbis, docuit Nicolaus I. ad Consulta Bulgarorum cap. 51. Duas, inquit, tempore uno habere uxores, nec ipsa origo humanæ conditionis admittit, nec lex Christianorum ulla permittit. Nam Deus, qui fecit hominem ab initio, masculum unum fecit, & unam feminam tantum, cui potuit utique, si vellet, duas uxores tribuere, sed noluit: scriptum quippe est: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, non dixit uxori-bus. Et iterum: Erunt duo in carne una, masculus scilicet & femina in carne una, & non tres aut plures. Itaque apud quem uno tempore duæ uxores inveniuntur, interim priori retentâ, posteriorem cogatur amittere: insuper & penitentiam, quam loci Sacerdos providerit, compellatur suscipere. Denique hoc tam immane scelus est, ut homicidii quidem peccatum, quod Cain in Abel fratrem suum commisit, septimâ generatione cataclysmo vindicatum fuerit; adulterii autem flagitium, quod Lamech omnium primus in duabus uxori-bus perpetravit, non nisi sanguine Christi abolitum extiterit, qui septimâ & septuagesimâ generatione secundum Evangelium luxerit in mundum.

Hinc idem Pontifex scribens Lothario Regi, qui duas habebat uxores (& refer-

262.
Hæc veritas
probat ex
testimonio
Innoc. 3.
c. 8. de Div.
vort.

263.
Item Nicol.
1. c. 51. ad
Consulta
Bulg.

264.
Bbb
fet.

Aliud testi-
monium
ejusdem
Pontificis.

fertur 24. q. 3. cap. 19.) An non, inquit, dis-
fricta ultione feriendus es, qui in duabus uxori-
bus adulterium Lamech & flagitium imitatus es-
se dignoscis?

Plura testimonia tam aliorum Pontifi-
cum, quam sanctorum Patrum August. Amb-
rosii &c. ad idem propositum adduci possent,
sed superfedo; quia satis obvia sunt, & jam
adducta, superabundè probant Conclusionem
nostram, putà, hodie polygamiam esse pro-
hibitam, non tantum Christianis, sed etiam
Ethnicis; utpotè prohibitam, non solum jure
Ecclesiastico, sed etiam jure Divino.

265.
An polyga-
mia sit pro-
hibita jure
naturali.

Nunquid etiam jure naturali? Planè; sed
jure naturali late dicto. Aliquid est de lege
naturæ dupliciter (inquit Scotus 4. dist. 33. q.
1. n. 7.) scilicet primo, quod est verum practi-
cum, simpliciter notum lumine rationis natura-
lis, & ita potissimum gradum tenet principium
practicum notum ex terminis; secundum gradum
tenet conclusio demonstrata ex talibus princi-
piis. Secundario autem est de lege naturæ; quod
regulariter consonum est legi naturæ primo modo
dictæ. Circa primum nulla cadit dispensatio: &
ided ejus oppositum semper videtur esse peccatum.
Circa secundum in casu cadit dispensatio, in quo
communiter oppositum videtur consonum legi
naturæ. Et præcisè isto secundo modo est mono-
gamia de lege naturæ & bigamia contra illam.
Et sic concedo probationes illas Gen. 2. Erunt
duo in carne una, & Gloss. interlinealis Gen. 4.
de Lamech: Accepit uxores duas &c. Ubi ha-
betur, quod iste primus induxit bigamiam,
quæ est contra legem naturæ.

Duplex est
jus natura
ex Scoto.

266.
Monogamia
quomodo de
jure natura.
& quomodo
polygamia
contra illud.

Nec sequitur tamen (prosequitur Doctor) ex
hoc, quod in casu, oppositum non possit esse licitum,
immo in casu est necessarium; præcipue conside-
rando justitiam ex parte commutationis, & com-
mutantium; quando propter necessitatem recta
ratio dicitur, illo modo debere commutationem fie-
ri, & quando præceptum divinum adest.

Verum tamen de Lamech absolute credi po-
test, quod peccavit mortaliter; quia contra le-
gem naturæ, licet secundo modo, & non in ca-
su, in quo recta ratio dicitur illam legem revo-
candam: nec Superior dispensavit, immò fuit
oppositum utriusque. Hucusque Scotus.

Pro clariori autem intelligentia, subdo,
quæ ibidem Doctor subtiliter dis-
putavit & annotavit de hac controversia. Hic
primò (inquit n. 2.) videndum est, quid requi-
riur ad strictam justitiam commutativam in
contractu matrimoniali, & hoc ex parte contra-
hentium: & quid ultra hoc additur ad comple-
tam justitiam in tali contractu, & hoc ex parte
Superioris. Secundo, quid in casu sufficit ad justitiam,
quantum ad ipsam materiam, de qua
queritur, & qualiter istud sufficiens, fiat com-
pletè justum.

267.

De primo dico, quod in omni commutatione,
quantum est ex parte commutantium, & com-

mutatorum, stricta justitia requirit equalita-
tem commutatorum, quantum possibile est, &
hoc ad illum finem, propter quem commutatur.
Ista autem commutatio in contractu matrimoniali
fit propter duas causas: una, scilicet propter
procreationem prolis: alia in remedium vitan-
dæ fornicationis. Quantum ad primum, corpus
viri est majoris valoris, quam corpus mulieris,
quia pro eodem tempore idem vir potest plures
fecundare, quam eadem mulier possit a viris
concipere.

Quantum ergo ad istum finem de stricta ju-
stitia, videtur bigamia licita, ut vir cum utro
corporibus mulierum corpus suum commutat,
quod potest fecundare, eo modo quo est ei possi-
bile fecundari. Nec tamen in statu innocencie,
quando Matrimonium fuit præcisè in officio,
fuisse bigamia, quia non fuisse tunc necessitas,
quod vir commutaret corpus suum cum pluribus,
ad plures proles procreandas: quia per simplicitatem
commutationem unius cum una, fuisse sufficientem
procreatio, & nec vir, nec mulier fuisse un-
sterilis. Atque hæc de primo fine.

Quantum ad secundum finem (prosequitur
num. 3.) qui tantum est pro statu naturæ lapsæ,
scilicet pro fornicatione vitanda, equalitas va-
loris sunt corpus viri & mulieris, id de stricta
justitia pro statu naturæ lapsæ, consideranda
contractum istum, ut est ad utrumque finem, re-
quiritur commutatio unius corporis pro unico.
Adde, quod completio justitiæ in ista commu-
tatione, non est nisi ex auctoritate Superioris
tuentis, vel approbantis talem commutationem,
quia est res aliquæ sunt inferiorum dominorum,
tamen commutatio earum licita & justa, ratio
vel talis, determinatur à Legislatore: & mul-
tò magis in proposito, & de corporibus in com-
paratione ad Deum. Ipse autem instituit, & pro
statu innocencie, & pro statu naturæ lapsæ
regulariter istam commutationem debere fieri
nisi cum uno. In hoc ergo est completa justitia.

Ergo, secundum Scotum, commutatio
aliter facta, est contra justitiam commuta-
tivam, adeoque contra jus naturæ; quantum
præsupponatur aliquod jus divinum politi-
vum, scilicet institutio prima Matrimonii,
nam si Deus voluisset, potuisset sic institui
istam commutationem, ut vir, si vellet, com-
mutaret corpus suum pro pluribus corpori-
bus mulierum; & tunc procul dubio talis
commutatio non fuisset contra justitiam
commutativam, adeoque nec contra jus na-
turæ; non tantum strictè dictum, sed etiam
latius sumptum, ut patet ex dictis; nam jus
naturæ latius sumptum non obligat, nisi ex
voluntate divina obligante, quæ tunc non
esset.

Quamvis ergo tali casu, adhuc consonum
esset naturis rerum, unicum corpus viri com-
mutare pro uno corpore mulieris; equidem
non obligatorium, defectu voluntatis divi-

B
Sac

næ obligantis, id est, foret de jure naturæ inchoativè tantum & fundamentaliter, non autem completivè & formaliter; quia hæc formalitas, & hoc complementum habetur à voluntate divina superaddita; usque ad eò, ut licet mulier vellet cedere jure suo, & libenter admittere aliam mulierem in consortem thori, & curæ domesticæ, validè id nequeat facere, obfistente sibi divinâ voluntate.

Itaque Scotus hic, per complementum justitiæ, intelligit firmitatem & stabilitatem contractûs, ita (inquit Hiquæus in suo Comment. ad illum locum n. 5.) ut neque aliter teneret, aut servaretur medium; quia sicut est institutus à Deo ipse contractus, ita etiam & perpetuitas ejus, & medium statutum, ut duo tantum se invicem permutarent; quia alioquin scienti & volenti non fit injuria: idèd sicut quis posset permutare aliquid, non servatâ aut expectatâ æqualitate rigorosâ, quin per alia media compensari posset; sic etiam v. g. si plebeia Principi nuberet, consentiendo, ut aliam etiam duceret, posset non solum secundum leges generales justitiæ cedere juri suo; sed etiam nuptiæ Principis essent sufficiens recompenratio inæqualitatis, quam aliâ pateretur.

Quod ergo unius cum una, quoad finem secundarium, permutatio habeat, non solum firmitatem à Dei ordinatione statuentem; sed etiam, ut medium contractus sic servetur, provenit ab eadem; ita, ut neque juri suo altera pars validè cedat, neque defectus æqualitatis in permutatis, per aliud æquivalens compensari possit; & hoc est quod vocat Doctor complementum justitiæ generalis, quod nempe per regulas generales commutativæ non habeatur, quin ex consensu partium, & aliis viis, sine offensione illarum, possit justitiâ commutativa in hoc contractu servari. Hæc ille.

Porrò ratio hujusmodi ordinationis divinæ est; quia in primis pluralitas virorum repugnat tum fini primario, qui est procreatio prolium; experientia enim testatur, meretrices insecundas esse, & cum una mulier non nisi semel in anno parere possit, ab uno viro sufficienter fecundari poterit. Tum etiam fini secundario, qui est remedium concupiscentiæ, & vita socialis; quia non nisi uni simul potest reddere debitum, & moraliter impossibile est, ut inter plures viros, qui omnes volunt esse & sunt capita familiæ, non excitentur iræ, rixæ & discordiæ implacabiles, quas non posset uxor ullâ ratione compefcere, cum ei conveniat subijci & obedire, non præesse & dominari.

Repugnat etiam hæc pluralitas alteri fini, qui est, ut Matrimonium sit Sacramentum Christi & Ecclesiæ; quippe unus est Christus seu Deus, cui Ecclesia conjugitur, non mul-

ti: nec potest Ecclesia, sive anima quævis, multis Diis conjugi, nisi fornicando.

Audite D. Augustinum lib. de Bono conjug. c. 17. Nunc, inquit, nullus pietate perfectus, filios habere, nisi spiritaliter, querit; tunc verò ipsius pietatis erat operatio, etiam carnaliter filios propagare: quia illius populi generatio, nuncia futurorum erat, & ad dispensationem propheticam pertinebat. Ideoque non sicut uni viro etiam plures habere licebat uxores, ita uni feminæ plures viros, nec prolis ipsius causa, si fortè illa parere posset, ille generare non posset. Occulti enim lege naturæ amant singularitatem, quæ principantur. Subjecta verò non solum singula singulis, sed si ratio naturalis vel socialis admittit, etiam pluralitas plura uni non sine decore subduntur. Neque enim sic habet unus servus plures dominos, quo modo plures servi unum dominum. Ita duobus seu pluribus maritis vivis, nullam legimus servisse Sacerdotum, plures autem feminas uni viro legimus conjunctas, cum gentis illius societas sinebat, & temporis ratio suadebat. Neque enim contra naturam nuptiarum est. Plures enim feminæ ab uno viro fecundari possunt, una verò à pluribus non potest. Hæc enim principiorum vis, ut plures feminæ uni viro sint, sicut multi animæ uni Deo rectè subduntur. Ideoque non est verus Deus animarum nisi unus; una verò anima post multos falsos Deos fornicari potest, non fecundari.

Itaque secundum D. Augustinum biviria sive polygamia, quâ una mulier simul multis viris nuberet, est contra naturam nuptiarum. Quod verò ad polygamiam illam attinet, quâ unus vir multas uxores habet, videtur Aug. ibi dicere, eam non esse contra naturam nuptiarum; undè & Aliqui docent, talem polygamiam non repugnare juri naturæ. Ita Durandus in 4. dist. 33. q. 1. & Alphonsus Episcopus Abulensis in cap. 19. Mat. q. 30.

Sed videtur esse quæstio de nomine, quam Scotus supra optimè declaravit, distinguendo jus naturæ in principium practicum, notum ex terminis, & conclusionem, ex talibus principiis demonstratam ex una parte, & ex altera parte in illud, quod est consonum regulariter tali principio, aut conclusioni. Quamvis ergo talis polygamia, non sit contra principium practicum, notum ex terminis, aut conclusionem ex talibus principiis demonstratam; equidem monogamia ei opposita, regulariter est consona tali principio aut conclusioni. Licet siquidem talis polygamia non sit contra finem primarium nuptiarum, qui est procreatio proli (quem supra Augustinus vocat naturam nuptiarum) cum facile possit unus vir ex multis feminis liberos procreare, & alere; tamen finibus secundariis repugnat; certum quippe est, non posse unum virum ita reddere debitum pluribus uxoribus, sicut redderet uni.

Et præterea cum vix fieri possit, ut non

272. D. Aug.

An etiam pluralitas mulierum,

273.

Videtur aliquibus quod non,

Durandus,

Non repugnat fini primario, scilicet secundario,

274. ma

270. Quod dicitur completum, ex illi.

271. Videtur aliquibus quod non,

Uxor non est subiecta viro tanquam famula.

magis una diligatur, quam altera; hinc rixæ & contentiones inter eas, quæ non parùm impediunt socialem cohabitationem, & domus gubernationem. Neque hæ rixæ, per accidens tantùm sequuntur; sed potius per se, & per accidens est, quod pacificè cohabitent. Enimverò uxor, licet sit subiecta viro, non tamen ut famula, sed ut socia & collateralis; & idè ipsa quoque, in domo principatum aliquem habet; jam autem omnis principatus, ut supra benè dixit August. suâ naturâ diligit singularitatem.

Hinc etiam non per omnia quadrat simile de pluribus servis, eidem domino servientibus, supra ab Augustino allatum; sed ad hoc tantùm servit, ut ostendatur, minùs esse absurdum, ut unus vir habeat plures uxores, quam ut una mulier plures habeat viros, cum vir sit caput mulieris, non contrâ mulier viri; alioquin magna est differentia inter subjectionem servorum ad dominum, & subjectionem uxoris ad virum. Denique hîc deficit ratio Sacramenti, scilicet representatio conjunctionis unius Christi cum una Ecclesia; quàmvis non ita manifestè, sicut in priori polygamia; quia dici posset, plures uxores representare plures Ecclesias partiales, quæ constituunt unam Ecclesiam generalem seu totalem.

275. Deus potest dispensare in pluralitate mulierum & virorum.

Hæ ergo sunt rationes, propter quas Deus ab initio instituit monogamiam, & prohibuit, ne vel unus vir plures acciperet uxores, vel una mulier plures maritos; sic tamen, ut reservaverit sibi potestatem dispensandi, maximè in pluralitate uxorum, quâ etiam aliquando ulus fuit, ut patet in Abrahamo, Jacobo, & aliis viris sanctis, qui plures duxerunt uxores; neque propterea unquam in Scriptura reprehenduntur, quod signum est, fecisse absque peccato; ergo ex dispensatione Dei, cum eâ seclusâ necessariò peccassent; nisi velis recurrere ad ignorantiam invincibilem, quæ non est verisimilis in eis fuisse, cum essent homines à Deo illuminati, & singulariter dilecti.

276. Discursus Scoti de hac dispensatione.

De hac dispensatione ita discurret Doctor Subtilis supra n. 4. De secundo articulo, dico, quod dispensatio est juris declaratio, vel juris revocatio. Potest ergo Deus suam legem de commutatione ista vel declarare, vel in aliquo casu revocare, & hoc rationabiliter in casu illo, quando majus bonum provenit ex revocatione, quam ex obligatione seu observatione. Tunc autem, quando erat necessitas multiplicandi genus humanum ad cultum divinum, putà, quia pauci erant cultores Dei, necessitas fuit, ut multiplicarentur cultores Dei, quantum possent, quia in sola successione eorum mansit fides, & cultus divinus: ergo pro tunc rationabile fuit dispensare, ut unus commutaret corpus suum pro pluribus corporibus mulierum ad majorem multiplicationem cultorum

Quare dispensatum cum Patribus in polygamia.

Dei, que sine hoc non fieret. Sic autem fuit dispensatum, ut præsumitur de Abraham, & quibusdam aliis Patribus.

Quæris à Scoto, qualiter ibi salvatur justitia, considerando contractum ex parte contrahentium? Respondet n. 5. Quando aliquid ordinatur ad duos fines, principalem scilicet, & minus principalem, rationale est uti illo modo, quo magis valet ad finem principalem, licet per hoc aliquid detrahatur fini minus principali. Exemplum, cibis valet ad duo, scilicet ad delectationem, quæ est finis minus principalis, & ad nutritionem, quæ est finis magis principalis: & conveniens est, ut aliquis utatur cibo modo, quo magis expedit nutritioni, licet minus detrahatur delectationi.

Ita contractus iste Matrimonii, & est ad bonum prolis, ut ad finem principalem, & ad vitandam fornicationem, ut ad finem minus principalem; ergo secundum rectam rationem debent contrahentes sic commutare, ut commutatio plus valeat ad procreationem prolis, licet minus valeat ad illam redditionem: sed hoc fit in commutatione unius corporis viri pro pluribus corporibus mulierum: & sic hoc absque fornicatione est in casu necessitatis, quia quando est valde necessarius finis principalis, negligendum est finis minus principalis.

Et ex hoc patet quomodo ex parte partium est justitia: quia secundum rectam rationem, utriusque pars debet velle aliquid de jure suo dimittit in commutando, & recipiendo permutatum in comparatione ad finem minus principalem: recipiat æquivalens, in comparatione ad finem magis principalem, quem plus debet eligere, ut debeat commutari aliquid de aliquo, quod sibi detrimentum remittere. Et quantum ad remissionem tenetur, & complere licet & debet, quando à Superiori est hoc ordinatum. Hic patet Gen. 16 quia coegit Sara Abraham, ut intraret ad Agar ancillam suam, ut vel sic haberet filium de ancilla, quem de ipsa habere non poterat.

Si objicitur, quòd pro tempore moderno polygamia illicita. Respondeo, etsi illicita sit, quòd pro nunc non est à Legislatore dispensatum, immò reductum est ad illud legis naturæ. Et ratio duo in carne una, per Christum Matth. exponitur, loquendo de justitia ex parte contrahentium, & contractus, etiam modo non est illicitus, sed pro tanto est illicita, quia nunc non est necessarius ille finis principalis, eò quòd multi sunt generationis fidelium, quia fides multiplicata cessante igitur necessitate, detrahenti aliquid secundo fini, propter necessitatem primi finis, servandus est contractus, ita ut servetur ibi justitia respectu utriusque finis, scilicet quòd unus tantum habeat unam, & è converso.

Si tamen contingeret casus per bellum, vel cladem, vel pestem, quòd multitudo virorum

caederet, & mulierudo mulierum remaneret, post se tunc bigamia esse licita, considerando præcise iustitiam ex parte commutantium, & deberent ex parte sua velle sic commutare mulieres cum viris, plus pro minori, quantum ad secundum finem, licet pro æquali quantum ad primum finem. Nec deficeret ibi, nisi completio iustitiæ, quæ est ex approbatione Divina; quæ fortè tunc fieret, & Ecclesiæ specialiter revelaretur. Usquead huc Scotus. Benè & subtiliter explicans rationabilitatem dispensationis, olim concessæ viris, contrahendi cum pluribus uxoris, sine qua, ut supra vidimus ex Innocentio III. cap. Gaudemus, nunquam id licuit.

Quod etiam satis indicat Scotus supra n. 8. ibi: Ad argumentum in oppositum licet de aliquibus sanctis Patribus presumatur, quod in contrahendo bigamiam non peccaverint, quia utraque ratio contrahendi ibi concurrat; scilicet necessitas, propter quam iustè erat sic contrahendum, & auctoritas divina approbans & præcipiens: tamen si aliqui sine istis causis vel altera earum (scilicet auctoritate seu revelatione divina) contraxerint, non est mihi inconveniens, quod mortaliter peccaverint: quia non reputo eas fuisse tunc confirmatos.

His non obstantibus, objicitur contra primam partem Conclusionis cap. Perlatum, 18. Qui filii sint legitimi, sequentis tenoris: Perlatum est ad audientiam nostram, quod cum H. ad partes Constantinopolitanas transisset & ibi moram per decennium & amplius faciens, ad primam uxorem suam non rediens, ipsa apud bonæ memoriæ Vincentium Episcopum, adversus eum querelam deposuit: & quod eum non posset diutius expectare, nihilominus allegavit. Episcopus verò, sicut vir providus & discretus, parentibus viri mandavit, ut pro eo mitterent, & ipsum ad propria revocarent: cumque elapso longi temporis spatio, vir non remearet ad propria, Episcopus in conspectu Ecclesiæ, auditis rationibus mulieris, inter eos sententiam divortii promulgavit, & mulieri, ut alium duceret, facultatem indulisit. Ideoque mandamus, quatenus si consiterit, quod Episcopus inter eos sententiam divortii iulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cuius copulâ auctoritate prædicti Episcopi migravit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hereditate non patientes excludi. Ergo licet uni mulieri habere plures viros absque dispensatione divinâ; nam Alex. 3. laudat factum istud, ut proveniens ab Episcopo provido & discreto.

Respondet; Episcopum illum fuisse providum & discretum in eo, quod mandaverit parentibus viri, ut ipsum ad propria revocarent; non autem quod divortium promulgaverit; & mulieri indulserit facultatem, alium virum ducendi; nisi fortè mulier, allegatis rationibus, probaverit perpetuam prioris impotentiam, ut videtur insinuare Gloss. verb.

Promulgavit, dicens: Probato impedimento perpetuo: Quàm vis & eadem Glossa in propositione casus, satis clarè dicat: secundum Matrimonium non fuisse legitimum, ibi: Nota, quod filii nati de Matrimonio, auctoritate Ecclesiæ contracto, legitimi sunt habendi, licet Matrimonium non fuerit legitimum.

Nota etiam, quod Pontifex interrogatus non fuerit, an ille Episcopus malè vel bene fecisset; sed tantum, an filii ex secundo illo Matrimonio, celebrato auctoritate Episcopi, forent pro legitimis habendi. Ita Gloss. ibi verbo: Promulgavit, inquit: Sed virum Episcopus benè, vel malè processerit, non querebatur; sed tantum, utrum filii nati de alio viro, cum quo auctoritate Episcopi contraxit, legitimi essent, & responderetur, quod sic, & non aliud. Itaque ex illo responso Pontificis nullatenus probatur, polygamiam esse licitam; non tantum unius mulieris cum pluribus viris, de qua ibi erat sermo; sed etiam unius viri cum pluribus mulieribus, de qua ibi non querebatur.

Objicitur etiã ex Epist. Decretali Deus dedit Pontificis recenter excusa inter alias, quæ prodierunt ex Bibliotheca vaticana: Mulieres, inquit, cum separatæ fuerint pro hac illicita re (scilicet, quia proprios infantes susceperant de Baptismo, ut habetur cap. Pervenit, 1. 30. q. 1. quod est pars illius Epist.) à viris suis propriis, totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptial: receperunt, & post expletum annum recipiant alium virum, similiter & vir uxorem.

Respondet; legendum esse: Illum virum, non, Alium virum Colligitur: quia subditur: Et vir uxore non dicit, Aliam uxorem; sed simpliciter, Uxorem, scilicet illam eandem, à qua per annum, propter illicitam rem fuerat separatus. Præcipit itaque Pontifex, tales conjuges in poenam sui delicti per annum separari; & nihilominus restitui dotem uxori, ne interim defint illi vitæ necessaria. Sanè inauditum est in Ecclesiâ Christi, quod stante Matrimonio consummato, Pontifex det licentiam contrahendi secundum Matrimonium; immo perpetua praxis Ecclesiæ docet, si quis bonâ fide, putans priorem conjugem mortuum cum alio contraxerit, priori postea comparante, debere secundum deserere. Ergo non est verisimile vel illum, vel alios Pontifices, de quibus alibi redibit eadem quæstio, talem potestatem concessisse.

Contra secundam partem conclus. objicitur auctoritas S. Ambrosii lib. 1. de Abraham cap. 4. ubi tractat de defensione immunitatis Abraham, qui ex ancilla filium suscepit, & admittit ingressum Abraham ad ancillam fuisse adulterium: excusans eum à peccato; Quia, inquit, Abraham ante legem Moysi, & ante Evangelium fuit: nondum interdictum adulterium

283.
Alia objectio
ex quadam
Epist. Deus
dedit Pontif.

284.
solviunt;

285.
Objicitur
contra 2.
part. Concl.
aucto-
ritas qua-
dam S. Am-
br.

rium videbatur. Pena criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit: nec ante legem ulla rei damnatio est, sed ex lege. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legem prævenit. Deus in paradiso, licet conjugium laudaverit, non adulterium damnaverat. Non vult enim mortem peccatoris: & ideo, quod præmiū est, pollicetur: quod penæ, non exigit. Advult enim mitibus provocare, quam severioribus terrere. Hæc ille.

286.

Qualiter hic Doct. excuset Abraham à peccato adulterii.

287.

Alia excusatio, ex eod.

288.

Vera defensio, ex eod.

Ubi videtur ipsum excusare à peccato; quia invincibiliter ignoraverit, adulterium esse peccatum; eò quòd lex naturæ obnubilata erat, & ferè deleta ex cordibus hominum, quibus Deus ab initio eam inscriplerat; & ideo per legem scriptam voluit Deus eam renovare, & istam ignorantiam penitus auferre.

Deinde, aliam excusationem affert Ambrosius ibidem, dicens: Quòd non ardore aliquo varæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio conjugalem posthabuit torum; sed studio querendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post divinum raritas erat generis humani: erat etiam religio, ne quis non reddidisset debitum videretur naturæ. Denique, & Lot Sancti filie hanc causam querendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum, & ideo publici muneris gratia privatam culpam prætexuit. Quis autem dubitet, filias Lot graviter peccasse, & verè fuisse incestuosas, saltem materialiter? Ergo & hæc defensio Abraham videtur supponere materiale adulterium.

Prorsus videtur supponere. Sed nunquid hic finis? Minimè, sed ultimo loco veram ponit defensionem his verbis: Tertia quodque est, quam nobis Apostoli Pauli tribuit auctoritas, qui ait: Illa, quæ gessit Abraham, ut de ancilla susciperet sobolem, in figura facta sunt, & secundum allegoriam dicta. Allegoria est, cum aliud, geritur, & aliud figuratur; sicut etiam ipse Apostolus docet, dicens: Sub lege volentes esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuerit, unum de ancilla, & unum de libera: sed is quidem, qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per remissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Nam hæc sunt duo testamenta: unum quidem à monte Sina in servitutem generans, quæ est Agar. Duos populos ostendens de Abraham generatione manare, unum Judæorum, qui legis sylvabilis serviat, eò quòd de ancilla in servitutem videatur esse generatus: alterum Christianum, qui ad remissionem peccatorum celestis gratiæ libertatem acceperit. Quod ergo putas peccatum, advertis esse mysterium, quo ea, quæ posterioribus erant futura temporibus, revelabantur. Hucusque Ambrosius.

Qui, ut vides, apertè testatur, conjugium Abraham cum Agar, non fuisse peccatum, sed mysterium; eò quòd Deus id fieri voluerit ad significandum aliquid futurum, auctore

Apostolo Galat. 4. Agnoscit ergo Ambrosius divinam dispensationem, simulque ejus causam ascribit, futurorum significationem.

Objicitur 2. D. Augustinus, qui variis locis, crimen adulterii, Abraham à Manichæis objectum, excusat; quòd non impetu libidinis, sed gratiâ prolis, idque cogente uxore fecerit: lib. 16. de Civit. Dei. cap. 25. ibi. Quod autem atinet ad rem gestam, nullo modo est invidendum de hac concubina (Agar) crimen Abraham. Usus est eâ quippe ad generandam prolem, non ad explendam libidinem; nec insulsum, sed potius obediens conjugii &c.

Similiter loquitur lib. 2. contra Adversarium Legis, & Prophet. c. 9. ibi: Non minus reperitur Abraham aliquo se contaminasse peccato, quoniam non lubrico libidinis amantissimam ancillam, sed ab uxore accepit: quando uxore fecit de jure suo, quod voluit, volens habere filium de marito suo, quamvis ex utero alieno. Unumquodque omnino laeserit, sed sola cogitata est generandi.

Respondetur: nusquam Augustinum dicere, quòd concubitus Abraham cum Agar adulterium fuerit, aut quòd Agar non fuerit, uxor Abraham: immo non fuisse adulterium, claris verbis significat loco ultimo iam citato. Interim nullam in illis locis facit mentionem veri conjugii; quia Manichæi, nuptias detestantes, præcipue objiciebant Patriarchis libidinem; & proinde ratione illa, de veritate conjugii cum pluribus feminis, hæud fuit contenti. Hinc satis fuit Augustino respondere pro Patriarchis, quòd non impetudinis, sed solum amore posteritatis, & consensu uxoris aliam vel alias mulieribus copulavissent.

Certè Abrahamum non fuisse adulterum docet idem S. Doctor lib. 22. contra Julianum, cap. 37. ibi. Sicut ille (Abraham) adulter non fuit, quando uxoris obtemperans potestati, de ancilla prolem generare consensit.

Et quare putas, Abraham obtemperasse potestati uxoris? Audi D. Augustinum eodem lib. cap. 32. circa finem: Quid ergo mirum, si videns Abraham sterilem uxorem, sapientem sibi prolem, quam parere ipsa non poterat, ex famula sua, & ex marito provenire, non carnali cupiditati cessit, sed conjugali potestati obtemperavit: credens hoc Saram ex Domino voluisse, qui jam ex seipso illi heredem promiserat, sed ex qua femina non prædixerat? Ubi per nutum Dei, intellige divinam dispensationem, Saræ manifestatam, quæ poterat eò antedictis. Ergo agnoscit hic Augustinus verum conjugium inter Abrahamum & Agar, scilicet ex dispensatione Dei, sibi per uxorem manifestatam.

Et eodem lib. cap. 47. admittit, Jacobum Patriarcham habuisse quatuor uxores, &c.

scribens: Jam verò filio ejus Jacob, quod pro ingenti crimine quatuor obijciuntur uxores, generali preelocatione purgatur. Quando enim mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis uxoribus obijciuntur sancto viro Jacob? Si naturam consulas, non lascivienâ; sed gignendi causâ illis mulieribus utebatur. Si morem, illo tempore, atque in illis terris, hoc factitabatur. Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc vero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus & legibus non licet?

Idem dicit lib. de Bono conjugali cap. 25. quod sic incipit: Quæ cum ita sint, Hereticis quidem, sive Manichæis, sive quicumque alii Patribus veteris testamenti de pluribus calumniantur uxoribus, hoc esse argumentum deputantes, quo eorum convincant incontinentiam; satis superque responsum est: si tamen capiunt, non esse peccatum, quod neque contra naturam committitur; quia non lascivienâ sed gignendi causâ illis feminis utebantur: neque contra morem, quia illis temporibus ea factitabantur: neque contra præceptum, quia nullâ lege prohibebantur.

Nulla, inquam, lege prohibebantur, quia Deus pro illo tempore in sua lege dispensaverat, ex qua dispensatione mos ille inoleverat, ita, ut mos non fuerit propriè dicta causa, quare id licitum fuerit: nam contra legem naturalem & divinam nulla consuetudo potest præscribere; ut de lege naturali exprimitur cap. ult. de Consuetudine, ibi: Nemo sane mentis intelligit, naturali juri (cujus transgressio periculum salutis inducit) quâcumque consuetudine (quæ dicenda est veris in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Et eadem est ratio de lege divina positiva; quia nimirum consuetudo habet vim derogandi legi ex voluntate humana, quæ, ut constat, non potest præjudicare voluntati divinæ. Vera itaque & propriè dicta causa, quare polygamia viri cum pluribus fœminis, tunc fuerit licita, erat dispensatio seu voluntas divina. Undè non dicit D. August. Quia mos erat, crimen non erat; sed: Quando mos erat, crimen non erat, quasi mos non sit causa, sed divina dispensatio, morem excusans. Et quàm vis mox subdat: Nunc propterea crimen est, quia mos non est; hoc tamen intelligendum est juxta præmissa, scilicet; quia non est mos, divina dispensatione approbatus.

Obijciuntur tertio auctoritas Leonis I. Epist. 92. ad Rusticum Narbonensem, cap. 4. Non omnis mulier juncta viro, uxor est viri: quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales, multo prius hoc ipsum Domino consentiente, quam initium Romani juris existeret.

Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus, ad manifestandam hæc unam personarum distinctionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abraham: Ejice ancillam, & filium ejus. Non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Igitur cujuslibet loci Clericus, si filiam viro habentis concubinam in Matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi conjugato eam dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur. Sensit ergo hic Pontifex, Agar non fuisse veram uxorem Abraham. Unde etiam in scriptura Agar vocatur concubina, Gen. 25. Deditque Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac: filiis autem concubinarum (Agar & Cetura) largitus est munera, v. 5. & 6.

Respondeo; saltem ex hoc loco satis apparet; veram uxorem aliquando in scriptura vocari concubinam. Nam certum est Ceturam fuisse veram uxorem Abraham; quippe eam duxerat post mortem Saræ; unde etiam apertè hoc nomine insignitur ibidem v. 1. Abraham verò aliam duxit uxorem, nomine, Ceturam. Ergo ex eo, quod Agar uno loco Scripturæ vocetur concubina, non rectè inferitur: ergo non fuit vera uxor: nam & ipsa in alio loco appellatur uxor, scilicet Gen. 16. vers. 3. Tulit (Sarai) Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem, quam habitare ceperant in terra Chanaan, & dedit eam viro suo uxorem.

Sic etiam Bala & Zelpha; ancillæ Liæ & Rachelis, modo appellantur uxores Jacob, Gen. 30. vers. 26. Da mihi uxores, & liberos meos &c. modo autem concubinæ, Gen. 35. vers. 22. Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormivit cum Bala, concubina patris sui.

Idemque de concubinis Davidis sentiendum est; nam & ipsæ appellantur uxores 2. Reg. 12. vers. 11. Et tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus. Et fuisse veras uxores, colligit Lyranus noster ex cap. 20. vers. 3. Cumque venisset Rex in Domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens, & non est ingressus ad eas; sed erant clausæ usque in diem mortis sue, in viduitate viventes. Jam autem viduitas non habet locum nisi in veris uxoribus.

Denique Judicum 19. unica conjux Levitæ, nunc uxor, v. 1. Qui accepit uxorem de Bethlehem Juda; nunc concubina vocatur, v. 10. Ducens secum duos asinos onustos, & concubinam.

Audiamus D. August. qq. super Gen. lib. 8. Aug. 1. q. 90. Non facile, inquit, dignoscitur, quas concubinas appellet Scriptura, quas uxores, quan-

Gen. 25.

295.

Vera uxor in script. aliquando vocatur concubina.

Gen. 16.

Bala & Zelpha ali. quando vocantur uxores, aliquando concubinae.

Gen. 30. & 35.

296.

Vir etiam concubine David. 2. Reg. 12, Lyranus. 2. Reg. 20, Jud. 19.

doquidem & Agar dicta est uxor, quæ postea dicitur concubina, & Cetura, & ancillæ, quas dederunt Rachel & Lia viro suo. Nisi forte omnis concubina uxor, non autem omnis uxor concubina, more loquendi Scripturarum appelletur, id est, ut Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubina dici non possint; Agar verò, & Cetura, & Bala & Zelpha, & uxores & concubinae.

297.
Variis modis
distinguitur
concubina
ab uxore.
Primus mo-
dus.

Hinc variis modis distinguitur ab Auctoribus concubina ab uxore. Aliqui dicunt, in Scripturis concubinam vocari, quæ non omnino ac planè participat jus uxorium; sed ab uxoris dignitate & conditione non nihil deficit; quales sunt, quæ servæ five ancillæ remanent, etiam in torum conjugalem receptæ, vel quarum filii ad hæreditatem non admittuntur, cuiusmodi fuerunt Agar & Cetura, item Bala & Zelpha, quas non constat fuisse liberatas à servili conditione, tamen filii earum (causa certi mysterii secundum August.) non fuerint exclusi ab hæreditate. Tales etiam fuerunt uxores Davidis & Salomonis, quæ in Scriptura vocantur concubinae; quia non fuerunt participes maiestatis regiae, idèque nec Reginae vocantur; sed neque earum filii, pari loco cum aliarum filiis habebantur.

298.
Eo utitur
Concil. To-
let. I.
Eftius.

Hæc porrò concubinae acceptio (ut bene notat Eftius 4. dist. 33. §. 3.) non est prorsus ab Ecclesiastica loquendi consuetudine aliena: sic enim accipitur illud nomen in Concilio Toletano 1. can. 17. (& refertur 34. dist. c. 4.) sequentis tenoris: *Si quis habens uxorem fidelis, si concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. Alias verò virum abjiciatur, donec desinat, & ad penitentiam revertatur.* Neque enim (inquit Eftius) hominem in statu fornicationis permanentem, ad communionem admittit ea Synodus; sed more Scripturæ de uxore & concubina loquitur.

299.
Item Ifido-
rus.

Quomodo etiam loquitur Isidorus lib. de Distantia novi & veteris Testamenti, dicens, (ut refertur eadem dist. c. 5.) *Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum aut uxorem, aut certè loco uxoris (si conjux deest) concubinam.*

Ubi Gloss. verb. *Concubinam: Id est, mulierem non solemniter ductam, si tamen mutui consensus intervenit: alias concubinam non licet habere, ut 32. q. 4. Nemo.* Et Gratianus ead. dist. sic ait: *Concubina autem hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis unita est, & conjugali affectu associatur, hanc conjugem facit affectus, concubinam verò lex nominat.*

Eftius.

Quæ distinctio eodem recidit, ut notat Eftius supra. Quæ enim hoc pacto ducebantur, quòd vel servæ, vel alioquin abjectio-

ris essent conditionis, vix censentur uxorum nomine, nec matresfamilias vocabantur, quia non eis committebatur socialis illa familiaris gubernatio. Sic inter dum Romani leges de concubina loquuntur. Sic Aulus Gellius lib. 4. Noct. Att. cap. 3. & lib. 18. cap. 6. Hæc ille.

At Ferdinandus de Mendoza (inquit Pontius lib. 7. cap. 54. num. 14.) qui Concilium istum Concilii Tolet. de vago concubitu contra communem DD. omnium sensum interpretatur, inquit, eo permitti, ut concubiniarius à communione sacri corporis non repellatur, etiam si communicare auderet: idque permittitur ob temporum iniquitatem, & peccantium multitudinem. Peccantium etiam multitudo iusta causa est, ut poena peccati vel minuatur, vel remittatur. Quæ ratio Alex. 3. in Appendice part. 50. c. 51. Clericis concubinariis depositionis poenam mitigavit, & quod magis ad rem, Aug. Ser. 2. Domin. 22. post. Pentecosten, qui est de castitate conjugali, idem Afros Episcopos permittisse, & ob eandem causam, disertissime docet. Inquit enim: *Sed forte illi, qui sic peccant (publici concubinati) non sunt masculi, dicunt, quare qui hoc agunt, à communione non suspenduntur? Ideo enim tantum scilicet à Sacrosanctis ministris vindicatur, quia à multis admittitur. Si enim unus aut duo, aut quatuor vel quinque, mala ista facere præsumunt, poterant, & debebant, non solum à communione suspendi, sed etiam à colloquio & conversatione Christiani populi separari, secundum illud apostoli: Cum huiusmodi nec cibum quidem mere: multitudo tamen peccantium, non potest dici, prohibet Sacerdotes Domini à ministris distinguere.*

Sed quàmvis (inquit Pontius supra n. 14) hæc interpretatio ad istum Canonem non tenet, & eruditè excogitata videatur, non tenet solida est. Et in primis eà ratione refellitur quia quàmvis, ut Aug. inquit, peccantium multitudo cogeret, ut in sacra distributione communione, Episcopi tolerarent etiam concubinarios, ad illam accedentes: attamen non verfalli & publicè lege ab Hispanis Partibus statutum, ne à Christi corpore percipere repellentur, etiam publici & noti populi concubinarij, indignum est tantorum Patrum egregià sanctitate. Hæc ille.

Qui ibidem multis alijs argumentis refellit illam interpretationem; tantum enim verbo ultimum, desumptum ex ipsis verbis Canonis. Nam, inquit, cum eum, qui concubinam habuerit, simul cum uxore, à communionem repellat; quo pacto publicum concubinarij, licet solutus ille lege sit, ad communionem admittit? Adde, eandem iudicari esse rationem, & æque ad communionem admittendum, uxorum, & qui concubinam habet.

habuerit, tantum ut unius mulieris, five uxoris, five concubinæ sit conjunctione contentus, ut ei placuerit. At si eadem ratio est, aut uxorem, aut concubinam habentis, conjunctio cum concubina matrimonialis erat.

Expendo etiam verbum illud: *Ut ei placuerit*. Si enim concubina tantum permitteretur in eo Canone, ut minus malum, & non approbaretur, aliquod sanè verbum esset quod illud, ut minus malum indicaret permitti tantum. At verbo illo: *Ut ei placuerit*, optio datur eligendi: vel uxorem, vel concubinam; ergo licita conjunctio utraque erat, aliàs quo pacto inter licitam, & illicitam copulam, illi optio daretur eligendi, nullo interim verbo addito, quo turpis ea conjunctio cum concubina declararetur; sicut eo loco, quem ex August. citat Ferdinandus de Mendoza, sunt quàm plurima? Hactenus Pontius.

Hæc igitur interpretatione rejecta; quia minus digna Patribus istius Concilii (laxarentur enim eâ lege habentem lasciviam, & quod publicâ lege non solum tolerari, sed etiam præcipi viderent, vires libido fumeret, adeoque non minueretur peccatum, sed augetur) subscribo interpretationem Ivonis parte 8. sui Decreti cap. 61. ubi per concubinam in Canone illo Toletano, intelligit eam mulierem, quæ verè ducitur in conjugem, sed tantum gratiâ concubitûs, & non posteritatis; quod licet secundum D. August. peccatum sit, quia deficit finis primarius, scilicet procreatio prolis, equidem non mortale; & idè admitti possunt & debent ad Communionem. Verum hoc modo non potest accipi nomen illud, dum sanctis Patriarchis ac Regibus in Scriptura concubinæ tribuuntur, quod certum sit, ex iis filios quæsiuisse.

Cæterum jam dictis obstare videtur auctoritas Leonis supra allegata. Resp. Bellar. lib. 1. de Matrim. cap. 11. Quod ad sanctum Leonem pertinet, distinguit ille uxorem à concubina, & liberam ab ancilla, & concubinam ita accipit, ut ea non vera uxor intelligatur; sed cum exemplum adfert Saræ & Agar, de libera & ancilla loquitur. Neque necessariò sequitur, ut velit esse omninò eandem, ancillam & concubinam, liberam & uxorem; nam & multæ sunt concubinæ, quæ tamen sunt liberæ, & multæ sunt ancillæ, & tamen uxores. Quare ad exempli, à S. Leone allati, veritatem, satis est, si Agar ancilla fuerit Abrahamæ, quod est verissimum: non autem necesse est, ut eadem uxor non fuerit. Fateor tamen Leonem obscuriùs & duriusculè loqui. Undè lib. 2. de Concil. cap. 8. cum explicarem Can. 17. Concil. Tolet. 1. dixi, Agar ex sententia S. Leonis non fuisse veram Abra-

hæ uxorem, sed concubinam tantum, secutus nimirum Gloss. in Can. *Non omnis*, 32. q. 2. sed in re dubia pium existimo, Leonem exponere, ut jam feci. Hæc ille.

Urut sit de Sara & Agar, certè Lia & Rachel, duæ veræ conjuges erant Patriarchæ Jacob; utraque enim libera erat, & utraque uxor perpetuò nominatur. Et idem dici potest de Anna & Phenenna, uxoribus Helcanæ, & aliis permultis. Non est autem credibile, virum sanctissimum Jacobum Patriarcham in continuo vixisse adulterio.

Et idem dici potest de Davide, de quo scriptum est 2. Reg. 12. *Hæc dicit Dominus Deus Israël... dedi tibi domum Domini tui, & uxores domini tui in sinu tuo*. At quomodo, quæso, Deus adulterii auctor esse potest? Et qui tam graviter punivit adulterium Davidis cum Bethsabee? censetur impunita reliquisset infinita quasi adulteria cum pluribus uxoribus & concubinibus tum Davidis, tum Salomonis, & aliorum? Non est credibile. Igitur adulteria non fuerunt, sed legitimæ copulationes pro illo tempore, quo Deus in lege sua dispensaverat, dans potestatem uni viro accipiendi plures uxores.

Eaque dispensatio non solis Hebræis concessa fuit; sed etiam, ut aliqui probabiliter docent, aliis omnibus Gentibus, quæ passim exemplo Hebræorum plures uxores ducebant, nec propterea à Scriptura ullibi reprehenduntur.

Probat autem Bellar. sup. istam sententiam, Primò, ex August. qui lib. 16. de Civitate, c. 38. & lib. 22. contra Faustum, cap. 47. scribit, in terris, ubi Jacob uxores quatuor duxit, fuisse morem ducendi plures uxores posteritatis causâ, & eum morem fuisse inculpabilem, quia eo tempore nulla lex polygamiam prohibebat. Locus autem ille Gentilium erat, non Hebræorum; siquidem Laban cujus filias Jacob accepit uxores, idololatra erat, ut patet Gen. 31. Et nusquam dicit Aug. (quod sciam) causam dispensandi fuisse propagationem populi Dei tantum.

Secundò probat; quia Scriptura narrat etiam Esau, qui ad populum Dei non pertinebat, multas uxores duxisse. Gen. 26. & 28. Neque dubium videtur, quin Esau, ad imitationem Abrahamæ id fecerit: neque Scriptura eum reprehendit. Itmaëlitas quoque, qui usque ad hanc diem consuetudinem polygamix retinent, ab Abrahamo, aliisque Patribus, eam accepisse credibile est.

Sed contra hanc opinionem, Estius sup. §. 4. objicit primò: quod si ante Christi tempora fuerunt legitima Gentilium conjugia cum pluribus uxoribus, consequens videbitur, etiam nunc non minus esse legitima, cum lex Christiana in conjugii Gentilium nihil muta-

305.
Lia & Rachel fuerunt vere conjuges Jacobi.

306.
Non solis Hebræis fuit concessa polygamia.

Probat Estius, l. 1. de Civitate, c. 38.

307.
Secunda probatio ex Scrip. Gen. 26. & 28.

308.
Prima obiectio ex Estio.

taverit. Quod si ita est, malè igitur Ecclesia ejusmodi conjugia post Baptismum dissolvit, juxta Decretum Innocentii 3. cap. *Gaudemus*.

Solvitur.

Respondetur: Legem Christianam seu Christum auctorem legis Christianæ, qui ad eam suscipiendam etiam Gentiles obligavit, quando præcepit Apostolis, docere, & baptizare omnes Gentes, Matrimonium reduxisse ad primævum suum statum, & abstulisse omnem dispensationem, quæ olim concessa fuerat omnibus Gentibus accipiendi plures uxores, causâ suscipiendæ proles; quod omnino sufficit, ut nunc minùs legitima sint Gentilium conjugia cum pluribus uxoribus, quam ante Christi tempora fuerunt; & per consequens, ut Ecclesia benè ejusmodi Matrimonia post Baptismum dissolvat. Et sanè Matth. 19. ubi reducitur Matrimonium ad primam institutionem, Christus non loquitur solis Christianis, sed etiam Judæis; si ergo lex Christiana aliquò mutavit in conjugii Hebræorum, quidni etiam in Matrimonii Gentilium?

309.
*Secunda ob-
jectio ex eod.*

Objicit 2. quòd nec revelatio, quam Innocentius requirit, ullâ probabilitate Gentibus in universum tribuitur: nec gemina illa dispensandi causa, ex Patribus assignata, scilicet multiplicatio populi Dei, & significatio certorum mysteriorum, locum habere potuit in Gentibus, ut in Hebræis.

Diluitur.

Respondetur: neque secundam causam habuisse locum in omnibus Hebræis, ut nimis clarum est. Quantum ad primam causam, verum est, eam non habuisse locum in aliis Gentibus, quæ non erant populus Dei; interim alia causa locum habuit, scilicet abundantia propagationis, quam assignat D. Aug. nullâ factâ mentione populi Dei, lib. 3. de Doctr. Christiana, cap. 12. ibi: *Suscipiendæ proles causâ erat uxorum plurium simul uni viro habendarum inculpabilis consuetudo.* Et q. 63. super Leviticum ad illa verba cap. 18. *Super uxorem, sororem ejus non accipies in zelum,* sic ait: *Hic non prohibuit superducere, quod licebat antiquis propter abundantiam propagationis, sed sororem sorori noluit superduci.* Hæc autem abundantia propagationis habuit locum etiam in omnibus aliis Gentibus.

310.
Replica.

Si dixeris: initio mundi, & rursùm statim à diluvio, non fuit cum viris dispensatum, ut plures ducerent uxores, quando tamen maxima erat necessitas multiplicandi generis humani: ergo hæc ratio non sufficit.

*Solvitur ex
Estito.*

Respondeo cum Estito supra §. 2. Deus Adæ creavit, & dedit unam tantùm uxorem; quia in eo voluit ostendere formam Matrimonii perpetuam, juxta exigentiam legis naturæ, ne si in primo hominum conjugio vir unus fuisset pluribus fœminis copulatus, putaretur semper & simpliciter licitam es-

se polygamiam, tanquam profectam ex prima institutione naturæ. At neque cum filiis Adæ dispensandum fuit, sive propter vicinitatem, quam habebant ad primam originem; sive quia, cum ferè pari numero nascerentur filii & filia, non poterant nisi singulis singulas uxores accipere. Similiter autem Noë & filii ejus plures uxores accipere non poterant, quia præter eas, quas ante diluvium duxerant, nullæ aliæ mulieres ex diluvio restabant. Verùm utroque illo tempore, Deus tum longævitate, tum fœcunditate, mongemiam compenabat, ut citò multiplicari posset genus humanum. Hactenus Estitus.

Objicitur tertio: si dispensatio fuit extensa ad totum genus humanum; non ergo dispensatio fuit, sed legis abrogatio pro eo tempore, quo illa universalis extensa duravit.

Respondetur; est quæstio de nomine. Secundùm Scotum, supra citatum, *Dispensatio est juris declaratio, vel juris revocatio;* parum ergo refert, sive vocetur dispensatio, sive legis abrogatio; dummodò admittatur, ab initio legem obligasse, & rursùm obligare, licet ab initio obligavit.

Ultimò objicit Estitus; quòd Auctores, ex quibus dispensatio probatur, tantum de peculiariter de populo Israëlítico loquantur, etiam cum exclusione cæterarum Gentium.

Sed hoc de Aug. non potest dici, ut constat ex supra dictis. De Scoto autem benè videtur posse dici; quia ipse pro causa dispensationis supra vidimus, ponit necessitatem multiplicandi genus humanum ad cultum divinam, & insuper auctoritatem divinam approbatam & præcipientem, dicens: *Si aliquid, istis causis, vel alterâ earum, contraxerit, non est mihi inconveniens, quòd mortaliter peccaverint: quia non reputo, eos tunc fuisse confutatos.* Ergo videtur Scotus satis clarè suppone- re, non fuisse generalem dispensationem factam pro toto mundo; sic enim nullum fuisset periculum peccandi in hoc materia- liter.

Atque hanc sententiam probabiliorè appellat Sanchez lib. 7. disp. 82. n. 13. quod & ipse sequitur cum aliis, quos citat. Et quæus in suo Comment. 4. dist. 33. num. 1. eam limitandam judicat quoad eos, in quibus non fuit cultus Dei secundùm legem naturæ, aut fides. In aliis autem (inquit Auctor) in quibus conservabatur adhuc fides, perindè etiam viguit finis dispensationis, & hoc indicare videtur Aug. lib. 22. contra Faustum, cap. 27. cum dicit, morem fuisse illius temporis; quàmvis ambiguum sit, an ad- ludat ad genus Abrahæ tantùm, an ad alios; quàmvis ratio hæc, quam adducit, videtur extendi tantùm ad ipsum Abrahamum, per quam excusat Patres à peccato; & con- sequenter

licet, Pharaonem & Abimelech, qui Saram in uxorem suam assumpserunt, non fuisse cælibes, sed etiam habuisse alias; quando autem incept hic mos, incertum est. Hæc ille.

Sed pro cap. 27. legendum est cap. 47. ubi Aug. loquitur de more, qui erat tempore Jacobi Patriarchæ, idque in terra eorum, qui colebant idola, ut patet; quia accepit plures uxores, filias, & ancillas Laban, qui erat idololatra. Porro rationes, quas adducit, sunt: Si naturam consulas, non lasciviendi, sed gignendi causa, illis mulieribus utebatur. Si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc facti abatur. Si præceptum, nullâ lege prohibebatur.

Vide nunc studiosè Lector, an hæc rationes tantum extendantur ad Abrahamum; an verò etiam in aliis locum habeant; mihi non libet ultra in illis immorari, quia jam res ista præterit. Hoc tantum dico, Scripturam non debuisse omnia peccata Gentilium reprehendere; maxime, quæ fortè in ipsis per ignorantiam invincibilem excusabantur à formali malitia; cum enim viderent Hebræos passim cum pluribus foeminis contrahere, facile poterant cogitare, id etiam sibi fore licitum, nescientes speciale Dei dispensationem cum illo solo populo.

Deinde; in aliquibus filiis Abrahe, quorum posteritas non pertinebat ad populum Dei, putà, filio Agar, & filiis Ceturæ, locum habebat posterior ratio, scilicet significatio certi mysterii. Ergo verisimile est, etiam cum illis, & eorum posteris, Deum dispensasse, quidquid sit de aliis Gentibus.

Sed nunquid etiam aliquando dispensavit Deus, sive cum populo suo, sive cum aliis Gentibus, ut una mulier, posset simul habere plures viros? Non legitur uspiam talis dispensatio. Et si ulterius rogas, an saltem Deus non posset dispensare? Respondet Sanchez sup. n. 15. se nullam videre repugnantiam; nec hoc ita intrinsecè malum esse, quin Deus possit dispensare. Oppositum docet Bellarminus sup. Propof. 2. Polygamia, inquit, foeminæ unius cum multis viris, pertinet ad prima illa principia juris naturæ, nec per ullam mutationem circumstantiarum potest fieri bona; quia repugnat omnibus finibus Matrimonii: idè in illâ nulla cadit dispensatio. Hæc ille.

Cui si objicias: quid si sola esset una mulier inter homines, & ea esset nupta viro sterili, nonne oporteret cum ea dispensare, ut nuberet alteri viro; ne mundus interiret?

Respondet; non esse periculum, ut talis casus accidat: Deo enim curæ est providentia generis humani. Alioquin enim quærere possemus, num deberet pater filiam uxorem ducere, aut filius matrem, si nulli alii inter homines superessent. Sed dato etiam illo casu, potius dispensandum cum ea esset, ut solveret vinculum cum priori marito, quam ut

duos maritos haberet. Hæc ille. Qui per prima illa principia juris naturæ, secundum ipsum indispensabilia, intelligit omnia præcepta Decalogi.

Verùm enim verò, cum secundum Scotum præcepta secundæ tabulæ sint à Deo dispensabilia (excepto fortè illo: Non loqueris falsum testimonium) videtur consequenter dicendum in nostra Schola, Deum posse dispensare in polygamia, etiam unius mulieris cum pluribus viris. Cum enim procreatio prolium, ut alibi latius diximus, non sit de essentia & natura Matrimonii, immò neque necessariò conjuncta; sed possint aliqui contrahere Matrimonium, cum obligatione non procreandi prolem; non satis apparet, quare Deus non possit etiam in hac polygamia dispensare; cum & ipsa procreatio prolium, & etiam finis secundarius, scilicet vitatio fornicationis, aliquo modo possint haberi, ut nimis clarum est, quamvis non tam perfecte, quam in alio casu. Ut etiam vita socialis; nam possent plures illi viri, unum aliquod caput velle constituere, & per modum unius principari, & regere familiam; sicut videmus fieri in aliquibus Rebus publicis, qui non ab uno, sed à pluribus per modum unius gubernantur, & tale regimen vocatur democratia.

Quando autem Scotus sup. n. 8. §. Ad secundam, dicit, Quod nunquam fuit ex parte justitiæ inter commutantes sic commutare, ut minus eveniret finis principalior, & magis eveniret finis minus principalis, quia finis principalis est magis intendendus; sed bivirgia magis esset ad finem minus principalem, & multo minus ad finem principaliorum; quia eadem mulier infra eadem tempus, à pluribus viris imprægnari non posset; loquitur de eo, quod de facto fuit; non autem de eo, quod per Deum fieri potest.

Prout etiam S. Aug. lib. 3. de Doct. Christi. cap. 12. ibi: Suscipienda proli causa, erat uxorum plurium simul uni viro habendarum, inculpabilis consuetudo; & idè, unam faminam maritos habuisse plurimos, honestum non erat (aliàs, inhonestum erat) non enim mulier èd est fecundior, sed meretricia potius turpitudine est &c. Ubi tantum assignat rationem, quare potius aliquando licitum fuerit uni viro habere plures uxores, quam uni foeminæ habere plures viros; quia videlicet hoc ultimum, etiam adversatur quodammodo fini principali, quamvis omninò eum non destruat; & idè, saltem per Deum, posset esse licitum; tamen de facto, nunquam Deus in eo dispensaverit.

Sed dicit aliquis; nequit eadem res tradi pluribus in solidum; sic enim traderetur singulis in solidum, & non traderetur in solidum, quæ est implicancia; ergo implicat vel unum virum accipere plures mulieres, vel unam mulierem plures viros.

Ccc 2 Rcf.

317. Auctor ap-
probat sententiam Sanchez.

318. Explicatur mens Scoti.

319. Videtur etiam mens D. Aug.

320. Objectio.

314. Auctor ap-
probat sententiam Sanchez.

315. Auctor ap-
probat sententiam Sanchez.

316. Objectio.

Solutio.

Respondeo: tali casu non fore traditionem in solidum, quamvis jam ita sit, juxta illud Apost. 1. Cor. 7. v. 4. *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Ubi loquitur de Matrimonio prout de facto est, & secundum primaviam sui institutionem; vel etiam intelligi posset, quod in quantum tradidit corpus suum, intantum non habeat ejus potestatem. Præterea: in illo casu vir tradit in solidum singulis suum corpus, quoad finem primarium, scilicet generationem proli; quamvis non quoad finem secundarium, scilicet evitacionem incontinentiæ. Porro mulier, etiam non traderet corpus suum in solidum, quoad finem primarium; & ideo magis hoc, quam illud, dissonat rationi naturali, & institutioni Matrimonii, ut propterea Deus nunquam in hoc dispensaverit.

321. Alia obiectio.

Si rursùm obiciat; unusquisque tenetur reddere debitum petenti; atqui id non posset fieri in istis casibus, quia possent simul plures petere.

Solutio.

Respondeo: non teneri semper reddere, spectato sine primario, sed solum in quantum

necessarium est pro bono proli; secus quoad finem secundarium; & ita argumentum illud solum probat, ista Matrimonia, præsertim unius mulieris cum pluribus viris, non esse consona ratione naturali per se loquendo; etsi intrinsicè non sint ei contraria, maxime Matrimonium unius viri cum pluribus foeminis, ut jam statim ostensum est. Et hinc, quamvis vir rationabiliter posset velle corpus uxoris in solidum, non statim rationabiliter mulier corpus viri, quia unum corpus viri sufficit ad primarium finem; non sic unum corpus mulieris. Hoc sufficiat impræsentiarum, quæ restant, dicentur in ultima parte hujus operis, ubi de impedimento ligaminis.

Sequitur autem hic agendum de Matrimonio, quod contrahitur per procuratorem cum enim, ut ex jam dictis patet, Matrimonium non solum fit contractus, sed etiam nova lege Sacramentum propriè dictum. Matrimonium per Procuratorem fore videndum in ratione contractus, inquit aliorum contractuum; adhuc tamen dubitari posset, etiam valeret in ratione Sacramenti. De hoc ergo Matrimonio instituitur

SECTIO VI.

DE MATRIMONIO PER PROCURATOREM.

1. Tribus modis potest aliquis contrahere per tertiam personam.

Quis in jure dicitur mandatarius.

L. i. ff. Mandati.

Quid mandatum.

Instit. eod.

2. Mandatum excludit pactum formale de mercede.

Prenotandum, tribus modis posse aliquem cum aliquo contrahere per tertiam personam, nempe tanquam per mandatarium, procuratorem, & gestorem negotiorum; qui termini, licet aliquando confundantur in jure, tamen strictè pro diversis usurpantur. Mandatarius dicitur, qui officium pro altero exhibendum, ab eo formaliter vel virtualiter injunctum, absque pacto formali de mercede suscipit. Colligitur ex leg. i. ff. Mandati, §. ultimo, sequentis tenoris. *Mandatum nisi gratuitum, nullam est: nam originem ex officio & amicitia trahit; contrarium ergo est officio merces; interveniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit.* Hinc mandatum, in annotatione illius tituli in principio, definitur: *Officium ab eo, qui gratuito suscepit, exhibendum.* Eodem modo loquitur §. ult. Instit. eodem. *In summa sciendum est, mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductione esse.*

Ex quibus patet, quare dixerim: *Absque pacto formali de mercede;* quia si mandatarius cum mandante paciscatur de mercede, dicitur conductus; & ipse dicitur locare operam

ram suam. Dico: *Si paciscatur;* nam quod mandatarius spe remunerationis suscipit mandatum, non obstat, ut maneat mandatum presè sumptum, ut rectè Molin. Jus. & Jure. disp. 548. n. 2. Etenim quod sic fit, gratis fit, neque propter illud mandatarius aliter obligatus ad completandum obsequium, rogatu ipsius exhibendum ex gratitudine, quæ obligatio non simpliciter obligatio, sed secundum quod. Vide Mol. supra, quia res non est hujusmodi.

Dixi etiam in definitione: *Formaliter vel virtualiter injunctum.* Formaliter quidem est per verba expressè significantia voluntatem efficacem mandantis, ut, *Volo, rogo, mando* &c. l. i. ff. Mandati: *Obligatio mandati consensu contrahentium consistit. Ideo per nuptiarum quoque, vel per epistolam mandatum suscipi potest. Item si ve rogo, si ve volo, si ve mando, si ve alio quocumque verbo scripserit, mandati actio est.* Ubi Gloss. verb. *Quocumque verbo, inquit: Simili & idoneo, non admonendo solum... Item, non commendando tantum... Item, non tantum exhortando... Item, non tantum persuadendo... Sed oportet quod animo obligandi interveniat, sicut de proxeneta, qui laudare creditur, non se obligare.*

Porro virtualiter imponit mandatum, qui